¶ Dubitat vtr due negationes equaleãt vni affirmatiõi. Ar. q nõ. ¶ Pro sic: oẽ sile aduget suũ sile. sed q̄lꝫ negatio est sillis alteri, ergo q̄lꝫ negatio aduget alterã. ergo due negatiões magis negãt q̄ꝫ vna. ¶ Cõfirmat q ois res per quas cãs orit p ealdẽ auget. vt colligit ꝺo etbicor. lz negatio vbi fit p negationẽ, ergo augebit p negatiõem. ¶ Scdo negatio ita opponit affirmatiõi sicut ꝓpatio habitui. vt puta. tenebra lumi. sed tenebra nõ auferr p aliã tenebram imo auget. ergo negatio nõ auferr p aliã negationẽ. imo magis auget. Cõfirmat qr nullũ sile ꝺstruit suũ sile. lz q̄lꝫ negatio ẽ sillis alteri. ergo nulla negatio destruit aliã. ¶ Tertio sic. sicut negatio ẽ cã negatiõis. ita affirmatio ẽ cã affirmatiõis ergo a ꝓmutata ꝓportiõe sicut negatio ẽ cã affirmatiõis. ita affirmatio ẽ cã negatõis. hꝰ ꝓñs ẽ falsũ. ⁊ nõ segt ex alio nisi ex hoc q negatio est cã affirmatiõis. ergo falsum est hꝰ. Cõfirmat. qr sicut se hz affirmatio ad affirmationẽ. ita negatio ad negationẽ. lz affirmatio addita affirmationi magis affirmat vel saltez nõ iducit oppositu. ergo negatio addita negationi magis negat vel saltem nõ iducit oppositũ. ¶ Quarto sic. si negatio esset cã affirmationis. hoc esset qr due negatiões se ipedirent. vna. s. impediret aliam ⁊ ecõtra hoc autem est falsum. qõ ꝓbat. qr aut vna illaz hz tantam vim quantã hz alia vel maiorẽ vel minorẽ. Si equalẽ vim ⁊ ab equalibus nõ prouenit actio. ergo vna non destruit vi alterius si vna vim maiorem hz. ergo destruit sociam ⁊ non econtra. qr a ꝓportione maioris inequalitatis non peruenit actio. Confirmat vis negatiõis ꝑcedentis ꝓpositionem nõ impedit ab alia negatiõe ergo retinet vim negandi consequentia tz ⁊ añs probatur. qr vis negandi nõ est nisi supra sequẽtes terminos. ergo non ẽ supra precedentes. ⁊ sic scda nõ hz vim supra primã. tũc vltra. prima retinet vim negandi ergo negat: ⁊ si sic ergo non affirmat. ¶ Pro responsione ad hec argumenta nota q negatio in proposito hz duplicem vim. vnã ꝓncipalẽ ⁊ aliã scdariã siue ex ꝓñti. Principalis vis eius est negare seu destruere qcqd iuenit. Secundaria vis eius est inducere oppositu ei? q iuenit. prius. n. intelligimus aliquid destrui p ipsam q̄ꝫ ꝓstitui. licet in eodẽ instanti fiant hec. Et inducere oppositum ei? qõ iuenit põt esse duplr ꝺm q põt inuenire affirmatũ vel negatum. si eim affirmatum iducit oppositum. s. negationẽ. si vo negatum inducit oppositum. s. affirmationez. ⁊ sic pz ex ꝓñti negatio põt facere affirmationẽ. lz ꝓncipali er semper neget. ¶ Ad ꝓmum ergo dicunt qdã q verum ẽ q oẽ sile aduget suum sile nisi vnum impediat aliud. modo hic vnũ impedit aliõne tertij circa quod agunt. qr non possunt simul esse in illo tertio. qr illud tertium non est capax illorum duorum.

¶ Vel aliter dicat q oẽ sile aduget suum sile si est aptum natum augeri aliter nõ. mõ negatio nõ est apta nata augeri ex quo vna negatio destruit aliã quam inuenit. ¶ Vel alr dicatur q oẽ sile aduget suum sile. verum est de his q̄ hñt ꝓncipaliter viz ꝓstructiuã alicuius nõ ãt destructiuã iõ non valet. ¶ Ad ꝓmationẽ dicit q ois res auget p illas res p quas orit si apta nata est augeri. mõ negatio nõ ẽ apta nata augeri ⁊c. ¶ Ad ꝺm negatur maior. imo negatio opponit contradictorie affirmationi. vt hõ nõ hõ. Vel aliter dicatur negando maiorẽ siue p negationẽ intelligimus notaz negãtem siue negatũ: nã si intelligit nota negãs nullo mõ opponitur. si vo intelligit negatuz: tunc dicit q affirmatũ ⁊ negatuz aliter opponunt q̄ꝫ ꝓpatiue. ¶ Ad ꝓmationẽ dicitur q nullus sile destruit suum sile vel actuz suuz silis p se per accidens tñ potest esse hoc sicut vna candela accensa lique facit aliam. ⁊ ex ꝓsequenti extinguit illaz. Vel aliter dicitur q verum est in similibus que hñt vim constructiuam si ãt habent principaliter vim destructiuam non valet. ¶ Ad tertium dicitur q argumentum a cõmutata proportione soluz tz in quantitatibus vel continuis vel discretis. ideo non vz. Vel aliter dicitur negando q arguitur a cõmutata ꝓportione. nam sic arguitur q sicut se habet antecedens vnius ad antecedẽs alterius. ita ꝓñs vnius ad ꝓsequens alterius vel econtra. sed hoc nõ sic arguit ⁊c. Sed debet sic argui. sicut negatio est causa negationis: ita affirmatio est causa affirmationis. sed negatio ẽ causa affirmatiõis. ergo affirmatio est causa negationis. sed minor ẽ falsa. vel sic. sicut negatio est cã negationis. ita affirmatio est cã affirmationis. sed cã negationis est cã affirmatõis. ergo negatio ẽ affirmatio. Sed dices conclusio est falsa ⁊ non maior: ergo minor ⁊c.

¶ Ad hoc dicitur quo ad maiorẽ q q̄ philosophus dicit sicut affirmatio est cã affirmationis. ita negatio est cã negationis. per negationem non itelligit notã negatõnis. nec p affirmationem itelligit notã affirmatõis. sed itelligit dictuz vel significatum ꝓpositõis negatum vel affirmatum vt non esse aial ẽ negatio ꝺm ipsum. ⁊ esse aial est affirmatio. ⁊ tunc minor est falsa q cã negationis sit cã affirmationis. ¶ Si autem vis intelligere notam negationis negatur maior: qr non est aliqua nota affirmationis. que facit propositionem affirmatiuaz: sicut est nota negationis que facit propositionem negatiuam vnde sine aliqua nota affirmationis propositio est affirmatiua. ⁊ tamen non est negatiua siue nota negationis p notam affirmatiõis itelligo aduerbium affirmãdi. sicut per notam negationis aduerbium negandi. ¶ Ad confirmationem negatur maior ad intellectum datum: qr negatio sic se habet ad aliam negationem quod destruit illa

siue actum eius:sed affirmatio non destruit actum alterius affirmationis. ¶Ad quartum dico q̄ quelibet negatio habet equalem vim cum altera intensiue: q̄ sicut vna est apta nata negare quicquid inuenit:ita ⁊ altera. Extensiue autem vna habet maiorem vim q̄z altera. vnde que plura destruit maiorem vim habet:⁊ ideo negatio cadens super alterā maiorem vim habet extensiue q̄z alia super quam cadit. Et nō sequitur prima negatio destruit vim secunde:⁊ secunda non destruit vim prime: ergo propositio est negatiua. q̄ pria negatio negat negatum.⁊ illud est affirmare. ¶Ad ꝓfirmatōnem cōcedo q̄ pria negatio suā viz retinet. ⁊ cū dicis. ergo negat:concedo consequentiam ⁊ etiam vltra:ergo non affirmat.nego consequentiam vnde p̄ncipaliter negat.ex consequenti tñ affirmat. q̄ ex cōsequenti inducit oppositū ei⁹ q̄ō inuenit.⁊ cū inuenerit negationem inducit oppositū eius.s. affirmationem.⁊ sic patet solutio ad argumentum.

c Conuersio est transpositio subiecti in predicatum et ecōuersō:vt hō est aial:aial ē hō. Et hec diuiditur in cōuersionem simplicē p accidens et p contrapositiōem. Cōuersio simplex est transpositio subiecti in predicatum et econuerso manente eadē qualitate et quantitate vt nullum aial currit:nullum currēs est animal.

Conuersio potest tripliciter accipi. Uno mō pro conuertibilitate terminorum.⁊ sic termini conuertibiles dicuntur conuerti qui se mutuo inferūt respectu cuiuscūq̄z verbi ⁊ tpis.vt homo ⁊ risibile. Alio modo pro conuertentia.⁊ sic dicimus terminos relatiuos conuerti siue dici ad conuertentiā.q̄ se mutuo inferunt respectu huius verbi est.vt pater ⁊ filius. Tertio modo capit p̄m vim vocabuli.⁊ est filis versio ⁊ transpositio extremorū propositionis. ⁊ sic dicimus propositiones conuerti q̄n vertimus extrema eius.s.subiectum in predicatum ⁊ econuerso:⁊ sic accipitur in ꝓposito. Uel pōt dici ⁊ melius q̄ est differentia inter cōuertibilitatem:cōuertentiam:⁊ conuersionē. Cōuertibilitas enim respicit terminos conuertibiles. Cōuertentia vero respicit terminos correlatiuos. Sz conuersio respicit extrema ꝓpositionis. ¶Aduerte circa diffinitionē cōuersionis q̄ oz sic limitare. ¶Cōuersio est transpositio debita subiecti i p̄dicatum ⁊ econuerso:vel similium explicite vel implicite. Dicitur primo transpositio:loco generis:q̄ in plus se hz q̄z conuersio.omnis enim conuersio est transpositio:sed nō ecōuerso. Dicitur secundo debita: propter cōsimilem suppositionem generalē que debet remanere in extremis. ¶Pro qua particula aduerte q̄ si debet fieri recte conuersio termini debent habere consimilem suppositionem generalē ante transpositionem ⁊ post. Generalis suppositio est materialis suppositio ⁊ personalis:speciales vero suppositiōes sunt discreta:determinata:confusa tantum: confusa distributiua. Ideo illa non est recta conuersio dicendo homo est nomen nomen est homo: quia non est transpositio debita cum termini non seruent eandem suppositionē generalem i vtraq̄z propositione.q̄ in prima li homo supponit materialiter.in secunda vero personaliter:patet per magistrum:in sexta ⁊ septima regula illius capituli. Ut autez cognoscatur quomodo termini supponant. ¶Secundo propter consimilē qualitatem propositionis que etiaz debet remanere in vtraq̄z ꝓpositione:q̄ aliter non esset bona conuersio.quod qualiter fit:vide in questione cōtra summulas. Dicitur tertio subiectis in predicatum ⁊ econtra:q̄ si fieret tantuz transpositio vnius extremi non esset conuersio. Dicitur quarto vel similium.propter propositionem modalem cuius subiectuz non potest transponi in predicatum nec econuerso:q̄ cum subiectum est prolatum non amplius potest resumi. Dicitur quinto explicite vel implicite propter tales ⁊ econuerso: vt si dixerit omnis homo est animal ⁊ ecōuerso.li econuerso ē ipli cit e cōuertens illius:ois homo est animal:q̄ equalēt huic oē aial est homo. Magister addit aliam pticulaz in logica magna.s.copula manēte hec tamē meo iudicio videt supflue poni.q̄ si copula non maneret in secūda ꝓpositiōe non esset ꝓpositio.⁊ consequenter nō esset transpositio subiecti i p̄dicatū.ecōuerso. Si tñ velis q̄ diffiniat cōuersio in cōi ꝓut est cōis ad bonam ⁊ malaz remoueatur secōa particula.s. debita tota residuo remanente:hoc vide ample contra summulas. Et hec diuiditur in cōuersionē simplicē.p accidens ⁊ p contrapositionem. ¶Aduerte q̄ de speciebus conuersionis sunt due opiniones. Una ē cōis q̄ tres sunt species conuersionis.s.simplex per accidens ⁊ p contrapositionez. ¶Has tres species Boetius assignat i libello de syllogismis cathegoricis:⁊ hanc opinionem seq̄t in presentia magister. ¶Alia est opinio quam tz magister in logica magna. s.q̄ tres sunt species conuersionis.s. simplex per accidens ⁊ preter quantitatem.cōuersionem.n.p contrapositionez negat. Conuersio preter quantitatem implicite vel explicite ē debita transpositio extremorū copula manēte: cuius alterū extremū tam implicite q̄z explicite caret quantitate logicali ⁊ illo mō conuertuntur exclusiue cū suis vlibus de terminis transpositis:⁊ propositones modales adinuicez de sensu cōposito vnde illa.tm̄ hō currit.sic quertit̄ p conuersionē que dicitur preter quantitatem: omne currens est homo sortem currere est possibile conuertit̄ in istā possibile est sortē currere. ¶Dubitatur q̄ videntur esse due alie species cōuersionis vltra illas. Nam facta transpositione extremorū si mutetur qualitas ⁊ non quantitas:vt dicendo ois hō est aial. omne animal non est homo.est conuersio.vt p̄z per diffinitionem cōuersionis.⁊ tamē sub nulla illarum specierum est ergo ⁊c. Item si mutetur quantitas ⁊ qualitas: vt dicendo: ois hō est aial:aliq̄ō aial non est hō:est etiaz cōuersio. vt p̄z ⁊ sub nulla illarū specierū est.ergo alie spēs sunt:tenet consequentia.q̄ nihil est i genere q̄n in specie quarto topicoz. ¶Dicendū q̄ argumentum concludit q̄ sunt alie species conuersionis.sed nō bone cōuersionis.q̄ conuersio dividit̄ in bonā ⁊ malam.sed solū magister dat species conuersionis bone.Uide bene hoc ample p̄ summulas. ¶Conuersio simplex est transpositio subiecti in predicatum ⁊ ecōuerso manente eadem qualitate ⁊ quantitate. ¶Aduerte primo q̄ due particule sunt in hac diffinitione. ꝓprima trāspositio subiecti in predicatum ⁊ econuerso ponitur loco generis q̄ ois cōuersio simplex est transpositio subiecti i p̄dicatum ⁊ econuerso ⁊ non econtra. Secūda particula manēte eadem qualitate ⁊ quantitate.est loco differentie.p quā differt a cōuersione p accidens in qua non manet eadē q̄ztitas.sed bene qualitas differt ēt a conuersione p contrapositiontm in qua non manet eadem qualitas.hz bñ quantitas : vnde per notum.mō hz in conuersione p p̄positionem maneat eadem quantitas propositionis non tñ manet eadem qualitas propositionis cū termini finiti in terminos infinitos mutētur infiniti autem termini sunt affirmatiui infiniti aūt negatiui Uel potes dicere q̄ per qualitatem non differt a conuersione per contrapositionem.q̄ p qualitatē solū itelligitur qualitas propositionis.sed sicut dicit̄ de diffinitione speciei specialissime q̄ ista est intelligenda cum precisione.q̄ aliter cōpeteret generi sic.s.Species est que predicatur de pluribus differentibus numero solum.ita q̄ si solum addit̄ ne competat diffinitio generi. Ita diffinitio in proposito conuersionis ē intelligenda cum precisione sic.s. ¶Conuersio simplex est transpositio subiecti in predicatuz ⁊ ecōuerso manēte eadem qualitate ⁊ quantitate solū.ita q̄ ly solū mibi vim portat idē q̄ō hec pticula nulla alia variatione facta.quod nō cōpetit cōuersiōi per p̄positionem.⁊ sic per istā particulam manente eadem qualitate differt a cōuersiōe per accīs sed per ly soluz vel nulla alia variatione facta differt ab illa per p̄positionem. ¶Aduerte secundo q̄ sunt duo opinionēs diuerse declarantes qd p quantitatem intelligere debemus

vna est opinio magistri q vult q̄ per quantitatem intelligamus suppositionem specialem terminorum: vt ipemet declarat in tractatu ꝓtra sūmulas ita q̄ remanere eandez quantitatem in ꝙuersa ⁊ conuertente est q̄ termini suppo nant eodem modo spāliter. Dico spāliter q̄ spāles suppositiones que sunt discreta determinata confusa tñ ⁊ distributiua: generales vero sunt materialis ⁊ psonalis. ¶ Dicitur ergo spāliter q̄ supponunt termini eodē modo generaliter in oibus ꝙuersionibus sed non spāliter. In simplici aūt ꝙuersione debent supponere eodem modo spāliter. ¶ Alia est opinio cōis quā sanctus doctor sequit in logica sua dicens q̄ p quantitatē ꝓpositiōis in ꝙuersionib⁹ nos debemus intelligere illud idem qđ indicat p illū versum. v. quanta p in fin. s. vniuersalem particularē indefinitam ⁊ singularem. ⁊ sic remanere eandē quantitatem est q̄ si prima erat vlis ⁊ ēt secūda dz esse vlis. ⁊ si alterius quātitatis: ⁊ secunda dz eē eiusdem. ¶ Ex his patet q̄ illa. p. positio sortes est hō ꝑm primam opinionem ꝙuertit i istaz homo est sortes: cū tñ ꝑam opinionem non possit conuerti aut saltem nec conuertatur. Similiter ista tantuz currēs ē homo ꝑm primā ꝙuertitur in ista: hō currit. cuz tñ non sit conuertibil' etiā ꝑm secūdam opinionē. Et sic pz q̄ multuz differunt iste opiniones. ¶ Aduerte tertio circa diffinitio nem q̄ hec ꝙuersio dicta est ꝙuersio simplex: q̄ fit sola extremoꝝ transpositio: nulla alia variatione facta in conuertēte ⁊ in conuersa. Licz hoc vex sit ꝑm viam cōem. non tñ videt ꝑm intentionē magistri: q̄ aliqñ est alia differētia inter cōuersam ⁊ ꝙuertentē: q̄ stat ꝑm magistrū q̄ ꝙuersa sit singularis ⁊ conuertens indefinita ⁊ econtra: ⁊ stat q̄ vna sit alicuius quantitatis ⁊ altera nullius. ¶ Dōt tñ dici q̄ i cōuersione simplici vt simplex: fit transpositio extremorū. vnde si alia variatio fit illa non fit in conuersione simplici vt simplex est: q̄ in qualibet simplici fieret: qđ falsum est. ¶ Vel dicendū aliter ad principale q̄ conuersio dicta est simplex: q̄ minor variatio fit inter conuersam ⁊ conuertē tem conuersionis simplicis q̄ aliarum ꝙuersionum. Vñ tripler variatio principaliter fieri pōt: q̄ aut transpositio extremoꝝ aut mutatio qualitatis termioꝝ aut mutatio q̄ titatis. In ꝙuersione simplici fit ꝑma in aliis vo plēs.

¶ Conuersio p accidens est transpositio subiecti in predicatū ⁊ ecōuerso manente eadez qualitate. sed mutata quantitate: vt omnis homo ē animal aliquod animal est homo.

**Aduerte circa** diffinitum q̄ hec conuersio est per accidens: quia vltra transpositionem extremoꝝ fit mutatio ⁊ variatio alicuius accidentis ꝓpositionis: vtputa quantitatis: siue p quantitatem tu intelligas suppositionem siue vlitatem vel particularitatē. Diffinitio de se nota est p ea que dicta sunt supra. Nam ly trāspositio subiecti in predicatuz est sicut genus: sed manente eadem qualitate ⁊ mutata quantitate ē differētia p quā differt ab alijs speciebus conuersionis.

¶ Conuersio p contrapositionē est transpositio subiecti in predicatum ⁊ econuerso manente eadez qualitate ⁊ quātitate sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: vt quoddā aial nō currit: quoddā nō currēs nō est nō animal.

**Aduerte circa** diffinitum q̄ hec conuersio dicta est per contrapositionem: q̄ termini sumunt cōtrario modo quo ad significationem. Nam homo significat hoiez. nō homo significat contradictorium hois: cum primus sit terminus finitus ⁊ secundus terminus infinitus. Quid autez sit terminus finitus ⁊ infinitus dictum est supra. Diffinitio de se nota ē Nam li transpositio subiecti in predicatum est genus manente eadem qualitate ⁊ quantitate. est vna differētia per quā differt a cōuersione p accidens: mutatis terminis finitis in terminos infinitos est vna alia differentia p quaz differt a ꝙuersione simplici. ¶ Dubiū pulchrū est q̄o remaneat eadē q̄ntitas. i. suppō i ꝙuersa ⁊ ꝙuertēte huiꝰ conuersionis p ꝓtrapositionē: q̄ de facto termini non supponūt eodē mō in vtraq3: vt dicēdo: ois hō est aial. si ꝙuerta tur p ꝓtrapositionē sic: oē non aial est non hō: ille terminus q̄ supponit distributiue in ꝑma supponit ꝙfuse tñ. in secūda: ⁊ ille terminus qui supponit confuse tñ in prima stat in scōa distributiue. ¶ Ad hoc dicēdū q̄ manet eadē suppositio, ppōnis non aūt terminoꝝ verbi gratia q̄ si in vna ppōne vt in cōuersa est suppō determinata ⁊ distributiua ⁊ in ꝙuertēte sil'iter. sed tñ termini non retinent eandē suppositionē q̄ in cōuersa supponunt vno modo ⁊ in cōuertēte alio mō. Vel dicaꝫ q̄ manet eadē suppō extremoꝝ ꝑm denoiationē: sed non terminoꝝ: dico non terminoꝝ: q̄ termini nō eodē mō supponūt in vtraq3: extremoꝝ autem ꝑm denoiationē dico sic: q̄ subiectū ꝙuerse ⁊ ꝙuertētis eo modo supponunt: ⁊ sil' ꝑdicatum vtriusq3 eodem modo versus. Feci simpliciter ꝙuertit eua p acci. Asto. per cōtra: sic fit conuersio tota.

¶ Ut aūt sciant q̄ ꝓpōnum his cōuersionibus cōuertaꝫ ponūt isti vsus. Feci simpliciter cōuertit eua p acci. Asto. p cōtra. sic fit cōuersio tota. In qb⁹ ponūt quatuoꝝ lr̄evocales. s. a. e. i. o. A. significat vniuersalē affirmatiuā. e. vniuersalez negatiuā. i. pticularē vel idefinitā affirmatiuā. o. vo pticularē vel idefinitā negatiuā. Cuz ergo dr̄ feci simplr̄. i. vlis negatiua ⁊ pticularis affirmatiua ꝙuertit simplr̄: ꝙuertit eua p acci. i. vlis negatiua ⁊ vlis affirmatiua ꝙuertunt p accidēs Asto. p ꝓtra. i. vlis affirmatiua. ⁊ pticularis vel idefinita negatiua ꝙuertūt p ꝓpositōez Nam cōuersionū simplex ē vtilioꝝ q̄ vlter si cōuersa ēt va ꝙuertēs ē va ⁊ ecōuerso: sz nō ē ita in ꝙuersiōe p accñs vel per contrapositionē: nā i cōuersione p accidēs ē ꝙuersa falsa vt oē aial est hō: ⁊ conuertēs va hō ē aial. In cōuersione vo p ꝓtrapositionē est cōuersa va ⁊ cōuertēs falsa. naz hec est va aliqua rosa nō ē suba: nulla rosa exñte. ⁊ tñ hec est falsa. Aliqua nō suba nō est nō rosa: q̄ suuz cōtradictoriū ē vex: vz ois nō suba est non rosa. ¶ Cōtra id qđ dcm̄ ē de ꝙuersione simplr̄ ar̄ ꝑmo sic. Hec est va nullus homo ē mulier: ⁊ hec est falsa nulla mulier est hō igr̄ ⁊c. ¶ Secūdo hec est vera nullus cecus videt ens: ⁊ hec ē falsa nullū ens videt cecū ergo ⁊c. Tertio hec ēvera nulla domus est in homine: ⁊ hec ē falsa nullus hō i domo: ergo ⁊c. Ad primū dr̄ q̄ illa nō ē sua cōuertēs: sz ista: nulla mulier ē aligs hō: q̄ dz eē cōsimilis limitatō i cōuertēte ⁊ i cōuersa. Ad secundum dico q̄ nō sit de subiecto ꝑdicatū: q̄ non est ꝑdicatuz ly ens: sed ly vide ens: ideo sic conuertit ergo nullū videns ens ē cecū. Ad tertiū dr̄ similiter q̄ illa ñ ē cōuertēs eiꝰ: sz ista nullum ens i hoie ē domus: vel ista i nullo homine ē domus: q̄ non debent termi mutare casum qr̄ ⁊c.

**Aduerte** circa hos vsus q̄ due opiniones sunt. Una est magistri hic q̄ vult q̄ isti vsus ponant solū gratia exēpli: q̄ nō solū feci, i. vlis negetiua

ꝛ particularis affirmatiua ꝙuertuntur simpliciter. sed q̄lz ꝓ̄po potest simplr ꝙuerti i q̄zcunqz. i. in qua sit transpositio extremoꝝ ꝛ maneat eadē qualitas ꝛ eadē suppō termi noꝝ. Silr non trñ cua. i. vlis negatiua ꝛ vlis affirmatiua ꝙuertunt ꝑ accñs sed q̄libz ꝓ̄po pōt ꝙuerti ꝑ accñs in quācunqz aliam in qua fit trāspositio extremoꝝ manente eadē qualitate sz mutata q̄ztitate. i. suppone. ¶ Alia vo est opinio cōis q̄ vult q ista versus nō ponant trñ gratia exēpli imo gratia vitatis: ita q̄ sola vlis negatiua ꝛ particularis affirmatiua ꝙuertunt simpliciter. ꝛ ita de alijs suo modo dicat. Et hec opinio ꝑ q̄ztitatē non intelligit ꝑ suppōnē sz vlitatē particularitatē. ¶ Ulterius hec opinio vult q̄ ꝙ̄libz bona ꝙuersio sit bona ꝙ̄ña: siue sit ꝙuersio simpler siue ꝑ accñs: siue ꝑ ꝓtrapositionē. ¶ Opinio aūt ꝓ̄ia vult q̄ solū ꝙuersio simpler sit vlr bona ꝙ̄ña non autē alie. De his aūt opinionibus vide ample contra summulas vbi defendimus vtranq̄z.

¶ Ropō hypothetica ē illa q̄ hz plures cathegoricas cōiūctas ꝑ notā ꝙditionis copulatiōis: disiūctiōis vel alicui istaꝝ equalētē: vt tu es hō ꝛ tu es aīal. Tres igit sūt spēs hypotheticaꝝ nō equalētes i significando: vz cōditiōalis: copulatiua. ꝛ disiūctiua. Alie vero vt localis: cālis: ꝛ tpalis non sunt hypothetice: sed cathegorice.

¶ De propositione ypothetica.

**Duerte** circa diffinitū q̄ ꝓ̄po hypothetica idē est qđ suppositiua ypothetica. n. dicit ab ypos qđ est sub ꝛ thesis positio. i. suppositiua. ¶ Dicit suppositiua q: vna ps alteri supponit. Utr trñ q̄lz ypothetica sit suppositiua dubium est: vide in tractatu ꝙ̄tra summulas. ¶ Aduerte circa diffinitionē q li illa ponit loco generis: sz li q̄ hēt plures cathegoricas ꝙiunctas ꝑ notā ponit loco differentia. ꝑ hanc enim particulam differt a cathegorica. ¶ Cuius partes ꝓncipales sunt subiectū ꝓdicatuz ꝛ copula ꝛ non due propositiones cathegorice. ꝛ per cathegoricas hic intelligimus veras cathegoricas ꝛ etiam illas que habent modum ꝛ similitudinē cathegoricarum. Oratio aūt hēt similitudinē cathegoricarum qñ hēt subiectū: ꝓdicatū ꝛ copulā: q̄zuis non sit vꝛa ꝓ̄po cathegorica q: ista est ꝓ̄po ypothetica. Si antixps eēt albus antixps eēt coloratus: ꝛ trñ oratiōes ex q̄bus ꝙponit nō sūt ꝓ̄prie cathegorice sz hñt silitudinē cathegoricaꝝ in habēdo subiectuz ꝓdicatum ꝛ copulā: tā q̄z ptes ꝓncipales sui. ¶ Tres sūt spēs ypotheticarū nō equalentiū in significādo. s. cōditionalis: copulatiua: ꝛ disiūctiua. Alie vo vt localis. causalis tpalis: nō sūt ypothetice: sz cathegorice ꝛc. ¶ Aduerte q̄ de spēb⁹ ꝓ̄pōnū ypotheticarū ser fuerūt opiniones vt recitat magister in logica magna. Quidā. n. tres posuerūt. s. copulatiuā: disiunctiuā: ꝛ ꝙditionalē. Localis vo sub ꝙditionali itelligit. ꝛ hec opinio cōis ē quam segtur magister vbiq̄z. Alij q̄nq̄z posuerūt. Alij ser. Alij septē. Alij decez. Alij duodeci. Inter quas opiniones tres famosiores sunt s. ꝓ̄ma q̄ dicit tres assignatas eē. Scda ē q̄ dicit eē q̄nq̄z illis tribus addēdo duas. s. casualem ꝛ tpalez. ꝛ hec fuit opinio Guilielmi ferabrich. Tertia est q̄ dicit eē septez addēdo duas. s. localē ꝛ expletiuā: cuius nota est in q̄zuis vel sz: ꝛ fuit opinio Strodi in ꝙ̄ñtijs suis. Qui vo direrūt eē ser remouerūt expletiuam ꝛ alias ser assignabant. Supuenit ꝓ̄aulus pgulēsis q posuit octo spēs illis assignatis addēdo effectiuā: vt q: dies ē sol ē sup terram ꝛ hoc dico in affirmatiuis i negatis ēt totidē posuit. Qui vo dixerunt decē q̄nq̄z affirmatias assignatas dicebāt ꝛ q̄nq̄z negatiuas. Qui vo duodecim ser affirmatiuas ponebant ꝛ ser negatiuas posuerūt. In sūma ergo septē sunt opiniões de spēbus ypotheticaꝝ quaꝝ ꝓ̄ma melioꝛ est meo iudicio ꝛ ideo sequamur istā. ¶ Aduerte tertio q rōnes quare ille tres. s. localis: causalis ꝛ tēpoꝛalis nō sunt ypothetice ꝫm magistrū sz cathegorice: tales assignant ab ipso i logica magna. q: nō maioꝛi rōne ille eēnt ypothetice q̄z alie ꝓ̄pōnes ꝙstitutiue p alias notas aduerbiales vl ꝙiūctiuas ꝛ sic filiudinaria est ypothetica: vt dicēdo scripsi sicut rogasti me. ꝛ sortes rñdet sicut eū docuit plato. Siliter comparatiue eēnt ypothetice: vt dicendo tā bonus ē sortes q̄z bonus ē plato: ꝛ sic discurrēdo ꝑ alias notas aduerbiales quod ē falsum. q aūt sint cathegorice ꝓbaꝛ sic: q: equiualent cathegoricis factis ex eiusdē terminis sola nota resoluta in illō cui equalēt. vñ dicēdo qñ sortes currit ipe mouetur q̄zuis ḡ plures cathegoricas ꝙtinere videant tā ꝑ principales ptes tñ i eis subm̄ ꝛ ꝓdicatū ꝛ copulā sūt ꝓncipales ptes: q: ille oratiões sūt sicut ꝫm vl ꝓdicatū ꝛc.

¶ ꝓpō conditionalis ē illa in qua coniūgūtur plures cathegorice ꝑ notā conditionis: vt si tu es homo tu es animal.

**Aduerte** q diffinitio sic limitaꝛ. ꝓpō cōditionalis est illa. i. est ꝓ̄po in qua ꝙiunguñt plures cathegorice: vel se hñtes p modū cathegoricaruz: ꝑ notā cōditionis. ꝓ̄ma ptcula ē loco generis. Scda loco differētie: ꝑ quā differt ab oīb⁹ cathegoricis: ꝛ addiꝛ vel segꝛ hñtes ꝑ modum cathegoricaꝝ: vt diffinitio cōpetat cuilibet ꝙditionali: qm̄ illa est ꝙditionalis si antichristus esset albus: antichristus esset coloratus. ꝛ tamen nō iunguntur in ea plures cathegoricas: sz bñ se hñtes ꝑ modū cathegoricaruz. Si trñ velles supplere dicas q ꝑti cathegorice intelligit tā vas cathegoricas q̄z nōvas. Tertia vo ptcula est ēt loco differētie ꝑ quam differt ab alijs ypotheticis. ¶ Aduerte scdo q nota ꝙditionis duplicit sumiꝛ. s. conditionatim ꝛ ꝙditionaliter. ꝓ̄imo mō sumitur qñ ꝙiungit terminos. ¶ Scdo mō sumiꝛ qñ ꝙiungit ꝓ̄pōnes. Exemplum primi vt dicēdo omne falsum si ē impossibile non est verum. Exemplum secundi vt dicēdo si tu es homo tu es animal.

¶ ꝓpōnum cōditionaliū: alia affirmatiua alia negatiua. ꝓpō cōditionis affirmatiua ē illa i qua affirmaꝛ nota cōditionis: exemplum positū ē. Conditiōalis negatiua ē illa in qua nota cōditiōalis negaꝛ vt nō si tu es hō tu es asiñ ꝛ hec sp ꝓbaꝛ ꝑ affirmatiuā. Ad vitatē cōditiōalis affirmatiue: regiꝛ ꝛ sufficit q oppositum ꝙ̄tis repugnet añti: vt si tu es hō tu es aīal ꝓ̄ec vꝛa est: q: ista repugnant tu es homo ꝛ tu non es aīal. Añs vocaꝛ illa ꝓ̄po qua imediate sequitur nota ꝙditionis ꝙ̄ns vo ē alia. ita q tu es homo. ē añs ꝛ tu es aīal. ē ꝙ̄ns. Ad falsitatē ꝙditionalis affirmatiue regiꝛ ꝛ sufficit q oppositum ꝙ̄tis stet cū añte. vt si tu es hō tu sedes. ꝓ̄ec aūt stant simul tu es hō ꝛ tu ñ sedes: nō ista ꝙditionalis est falsa. De ipolitate: politate: necessitate: ꝛ ꝙtingē tia ciusdē ñ oz dicere alr: q: ois ꝙditionalis vera est necessaria ꝛ ois falsa est impossibilis. ꝓ̄ulla aūt q̄ sit ꝙtingens. Iste regule dicte sunt de ꝙditionali denoiata a ly si quare ꝛc.

**Aduerte** quod si nota conditionis oz negari oz q negatio supra ipsaz cadat: ꝛ hoc ꝑt tripliciter fieri. Uno modo qñ ꝓ̄ponit sibi imediate ꝛ non toti ꝓ̄pōni: vt dicēdo tu es rōnalis ñ si tu es irrōnalis. Secūdo qñ ꝓponiꝛ toti ꝓ̄pōni ꝛ nō sibi imediate: vt dicendo non tu es rōnalis si tu es irrōnalis. Tertio qñ ꝓponitur

sibi immediate ⁊ toti ꝓpositioni: vt dicē do non si tu es hō tu es asinus. qñ autem ponit inter partes nō est negatiua cū negatio nō cadat supra notā ꝯditionis vt dicendo si tu non es aial tu nō es hō: ista est affirmatiua ⁊ non negatiua. ¶ Aduerte q ꝯditionalis negatiua equaletvni aduersatiue facte ex añte ⁊ opposito ꝓñtis: vt illa nō si tu es hō tu es asinus: equalet hanc q̄uis tu sis hō tu nō es asinus ¶ Ad veritatē ꝯditionalis affirmatiue regritur ⁊ sufficit q oppositum ꝓñtis repugnet añti: vt si tu es hō tu es animal. ¶ Ad falsitatem regrit ⁊ sufficit q oppositum ꝓñtis fiat cum añte vt si tu es hō tu sedes. ¶ Aduerte q contra dictorium ꝓñtis dicit tunc repugnare añti qñ ex illis non pōt fieri vna copulatiua possibilis: ⁊ sic idē est oppositum ꝓñtis repugnare añti ⁊ ipsuz nō posse stare simul cum añtecedēte. licz tñ Strodus in vigesimaquarta regula velit q posse stare cū alio sit superius ad repugnare. qualiter tñ ꝫ fit. vide supra ꝓñas in secundo notato pro declaratione cōsequētie bone. ¶ Aduerte vlteri⁹ q magister notanter dixit cōditionalis affirmatiue: q in cōditiōali negatiua hoc nō est verū qñ stat ꝯditionalē negatiuā esse verā ⁊ tñ oppositū ꝓñtis stabit cū añte: vt in illa non si tu es aial tu es hō: illa est vera: q eius ꝯtradictoria affirmatiua est falsa: ⁊ tñ oppositū ꝓñtis stat cū añte. ſ. tu nō es hō: stat cuz illa tu es aial: ⁊ inteligit ēt de ꝯditionali denoiata a ly si ⁊ nō a ly nisi. ¶ De possibilitate ⁊ ipossibilitate: necessitate ⁊ cōtingentia nō oportet dicere: q omnis cōditionalis possibilis erit vera ⁊ necessaria: ⁊ omnis falsa est impossibilis: nulla añt est q̄ sit ꝓtingens. ¶ Aduerte q rō huius. ſ. q omnis ꝯditionalis sit va requirit q non possit esse ita sicut adequate significat p añs qn sit ita sicut adequate significat p ꝓñs ſ. q sit necessaria habitudo inter veritatē añtis ⁊ ꝓñtis. ⁊ si est necessaria habitudo: tunc est necessaria ⁊ etiam possibilis: ergo si est vera est similiter necessaria ⁊ possibilis. ¶ Rō añt quare falsa est ipossibilis est q: duoz oppositoz si vnum est necessariū aliud est impossibile: cum ergo conditionalis vera sit necessaria: sequitur q falsa sit impossibilis. Vel aliter ⁊ formalius si conditionalis est vera illatio est bona: si illatio est bona est necessaria ꝓsecutio cōsequētis ex añte: ⁊ si est necessaria ꝓsecutio ꝓñtis ex añte cō sequēda est bona ⁊ necessaria: ergo a prio ad vltimū si conditionalis est va ipsa est necessaria ⁊ ꝓñter possibilis. Rō secundi: dicta est: q: si vnū oppositoz: est necessarium reliquū erit impoſſ. ¶ Aduerte scdo: qd velit dicere illud dictū cōe. ſ. cōditionalis nihil ponit inesse ⁊ similiter ꝓña. Dicitur q nihil aliud vult dicere nisi q ꝓcedendo ꝯditionalē aut ꝓntiam nō oz añs eius vl ꝓñs ꝓcedere: ⁊ similiter negādo cōditionalē vel ꝓñam nō oz negare añs eius vel cōsequēs. Vel p alia vba cōditionalis nihil ponit in esse: q: ex cōditionali nō segtur formaliter suū añs nec suū ꝓñs: ſz ꝓcedere conditionalē aut ꝓñam est cōcedere ꝓñs debite inferri ex añte. ⁊ negare ꝓñam est negare ꝓñs debite inferri ex añte. ¶ Iste regule dicunt de cōditionali denominata a ly si. ¶ Aduerte q due sunt note ꝯditionis. vna ē affirmatiua vt si alia negatiua vt nisi. q̄ equalet huic q̄ est si nō. ¶ Modo dicit magister q ille regule date tenent de ꝯditionali denoiata a ly si. nō añt oēs tenēt de cōditionali denoiata a ly nisi. ¶ Vñ regula q̄ data est de vitate cōditionalis. ſ. q requirit q oppositus ꝓñtis repugnet añti non tenet in cōditionali denoiata a ly nisi: q: stat q illa sit vera ⁊ tñ oppositū ꝓñtis stabit cū añte: vt ista: nisi tu es animal tu nō es hō: est va ⁊ tñ oppositū ꝓñtis. ſ. tu es hō stat cum añte. ſ. tu es aial. ¶ Posses tñ dicere q oppositus ꝓñtis repugnat añti implicāti illā negatiōnē q̄ implicite cōtinet i ly nisi ⁊ tūc dicēdo: nisi tu es aial tu non es hō. añs est: tu nō es aial. qō p̄z resoluēdo ly nisi in si nō. ⁊ tūc oppositū ꝓñtis repugnat sibi. ſ. tu es homo.

c Copulatiua est illa q̄ hz plures cathegoricas per notam copulationis unicem coniunctas: vt tu es homo ⁊ tu sedes. ¶ Propositionum copulatiuarum alia affirmatiua: alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua nota copulationis affirmatur: exemplū positū est. Negatiua vo est illa in qua nota copulationis negat: vt non tu es hō ⁊ tu es asinus. Et semp negatiua ꝓbat p affirmatiuā. Ad vitatez copulatiue affirmatiue regrit quālibet ptē eē veram: vt tu es hō ⁊ tu es aial. Et ad falsitatē copulatiue affirmatiue sufficit vnā partē eē falsaz: vt tu es hō ⁊ tu curris. Ad possibilitatē copulatiue regrit quālibet ptē esse possibilē ⁊ nullā alteri incōpossibilē: exemplū primi vt tu es hō ⁊ tu curris. sed ad ipossibilitatē ei⁹ sufficit vnā partē esse impossibilem: aut vnam alteri incōpossibilem: exemplū primi vt tu curris ⁊ es asinus: exēplum scōi: vt tu es: ⁊ tu nō es: Ad necessitatē copulatiue regrit quālibet partē eē necessariam: vt hō ē aial: ⁊ deus est. Et ad contingentiā ipsius regritur ⁊ sufficit vnam partem esse cōtingētē: alterā aūt nō ipossibilē: nec eidē incōpossibilē vt tu curris ⁊ tu es hō: vel de⁹ est ⁊ tu curris.

a Aduerte primo q diffinitio ista limitatur sicut diffinitio de ꝓnōe ꝯditionali. ¶ Aduerte secundo q nota copulatiōis dupliciter pōt sumi. ſ. copulatiue ⁊ copulatim. Copulatiue sumit qñ copulat ꝓnōes Copulatiue vo quando copulat terminos. Copulatim adhuc dupliciter. ſ. collectiue ⁊ diuisiue. Diuisiue sumit quando ex prio positiōe cui⁹ ipsa ē pars segtur copulatiua ⁊ de ꝓsilib⁹ terminis: vt sor. ⁊ plato currūt: ergo sor. currit ⁊ plato currit. Collectiue vo qñ nō segt hmōi copulatiua de ꝓsilib⁹ terminis: vt sor. ⁊ plato sufficiūt trahere nauim. ergo sor. sufficit trahere nauim: ⁊ plato sufficit trahere nauim. nō valet ꝓña posito q nullus eoꝝ sufficiat: sed ambo simul. ¶ Copulatiue alia affirmatiua. ⁊ ē in qua nota copulatiōis affirmat. Alia negatiua ⁊ ē in qua nota copulatiōis negat. ¶ Aduerte q nota copulatiōis negat qñ negatio cadit supra ipaz. Cadit āt supra ipsaz dupliciter. Aut qñ negatio ꝓponit toti ꝓpōni: vt dicēdo nō tu es hō ⁊ tu es aial. Scdo qñ ꝓponit note copulatōis ⁊ nō toti ꝓpōni. vt dicē do: tu es hō nō ⁊ tu es aial. ¶ Primo mō ē ẏm consuetum modū loquēdi. Scdo vo mō ẏm iconsuetū modū loquēdi. ¶ Ad veritatē copulatiue affirmatiue regrit quālibet ptē principalē esse veram. vt tu es hō ⁊ tu es aial. ¶ Ad falsitatē vo sufficit vnā ptē eē fallā. vt tu es hō ⁊ tu es asinus. ¶ Aduerte q magister prio notāter dicit affirmatiue: q: copulatiua negatiua pōt eē va: cuius tñ vna ps principalis ē falsa. vt illa: nō tu es hō ⁊ tu es asinus. Dicit scdo quālibz ptem ꝓncipalē: q: aliqua est copulatia affirmatiua cui⁹ vna ps est falsa. sicut dicēdo: tu es hō vl tu es asinus ⁊ tu es aial illa ps tu es asinus: est falsa sed nō est ꝓncipalis ps. vñ aliqñ copulatiua est cōposita tñ ex duabꝫ ꝓnōnibus. ⁊ ēt qlibet illaz est p ꝓncipalis eius. Aliqñ vero est cōposita ex pluribus: ⁊ tunc vna ps ꝓncipalis ē tota illa oratio q̄ ꝓcedit notā copulatōis: ⁊ altera ps est tota illa oratio q̄ segt notā copulatōis. vñ illi⁹: tu es hō vel tu es asinus ⁊ tu es aial. ¶ Dicia pars ꝓncipal' est: tu es homo vel tu es asinus. ⁊ scda tu es aial. ¶ Prio falsitate vo copulatiue affirmatiue sufficit vnā ptē ꝓncipalem eē fallaz cuius rō est: q: ad destruēdū sufficit vnum ad ꝓstruēdum vo plura. Ideo dicit topicoz scdo q facilius est destruere q̄z ꝓstruere. vez āt ꝓsistit i constructōe. ⁊ fallum i destructione. nā vez est qō ē. ⁊ gcqd ponit in hac diffinitione ē

Aduerte.

affirmatiuū. Falsuz vo ē qō non ē ideo in hac diffinitiōe ponīt negatio q̄ est affirmati destructio. Ulñ copulatia pōt esse falsa dupliciter. vno mō qz tñ vna ps principalis est falsa. alio mō qz ambe ptes sunt false. ¶ Ad possibilitatē regrīt quālibet ptē eē possibilē z nullā alteri incōpossibilē. ¶ Ad ipossibilitatē eius sufficit vnā ptē eē ipossibilez aut vnā alteri incōpossibilē. Exēplū primi tu curris. z tu es asinus. Exemplū scōi tu es z tu non es. ¶ Aduerte q̄ due ꝯditiones regrunt ad possibilitatē copulatiue. ¶ Prima q̄ q̄libet ps sit possibilis. Scōa dato q̄ q̄libet ps sit possibilis q̄ vna nō sit incōpossibilis alteri qō tñ intelligīt in copulatiua facta ex duab⁹ ꝓpōnibus. Si autez esset facta ex plurib⁹ ꝓpōnibus vt illa ois hō currit z tu es hō z tu non curris intelligīt q̄ non sit incōpossibilis alteri vl' alijs. Ulñ in exemplo dato ista tu non curris ē incompossibilis illis duab⁹ lz cuilibet illarū sit cōpossibilis. Uel dicas q̄ intelligīt in oi copulatiua q̄ si ille due ꝯditiōes ad sunt illa erit possibilis z scōa ꝯditio ē q̄ vna nō sit incompossibilis alteri. In hac copulatiua aūt data facta ex tribus ꝓpōnibus lz vna sit cōpossibilis alteri tñ vna ps principalis nō erit cōpossibilis alteri vt pz. iō non ē possibilis ¶ Ad ipossibilitatez vo sufficit vnā illaꝝ deficere. ¶ Ad necessitatem copulatie regrīt q̄libet eē necessariā. ¶ Ad ꝯtigentiā vo regrīt vnā ptē eē ꝯtingentez alterā āt nō esse ipossibilem nec eidē incōpossibilē vt tu curris z tu es hō. ¶ Aduerte q̄ ad ꝯtingentiam tres ꝯditiōes regrunt. z si vna illaꝝ defecerit nō est ꝯtigens. ¶ Prima q̄ vna pars sit ꝯtingens z pp hui⁹ defectū ista nō est ꝯtingens deus est. z hō est aial: Scōa q̄ altera non sit impossibilis. z pp defectū hui⁹ ista nō est ꝯtingens tu curris z hō est asin⁹. Tertia q̄ vna nō sit alteri incōpossibilis z pp defectū huius ista nō est ꝯtingēs q̄zuis adsint prime due ꝯditiones. ſ. tu es z tu nō es. Ad necessitatē vo tñ vna ꝯditio regritur. ſ. q̄ quelibet pars necessaria ꝑncipalis.

D Ysiunctiua ē illa i qua ꝯiūgūt plures cathegorice p notā disiunctiōis vt tu es hō vel tu nō es asinus. ¶ Propō nū disiūctiuaꝝ alia affirmatia alia negatia. Disiūctiua affirmatia ē illa i qua affirmat nota disiūctionis vt patuit. Negatiua vo ē illa in qua nota disiūctiōis negat vt nō tu es hō vel tu es capra: z hec ſp pbat p affirmatiuā: nec esset negatiua nisi ꝑponeret negatio vt tu nō es asinus vel tu nō es capra: affirmatiua est qz nulla illaꝝ negationū trāsit in notā disiūctōis. Ad vitatē disiūctiue affirmatiue sufficit vnā ptē esse verā vt tu es hō vel tu es asinus. Et ad falsitatē ei⁹ regrīt q̄libet ptē esse falsaz: vt tu curris vel nullus baculus stat in angulo. Ad possibilitatē disiunctiue affirmatiue sufficit vnā partē eē possibilē: vt hō ē asinus vl' antixps ē. Sz ad impossibilitatē ei⁹ regrīt q̄libz ptē eē impossibilem vt hō ē asinus vl' nullus de⁹ ē. Ad necessitatem disiūctiue affirmatiue sufficit vnā ptem eē necessariā vel inicē ꝯtradici. Exēplū ꝑmi vt deus est vel sortes mouet. Exēplū scōi vt tu es vel tu nō es. Et ad ꝯtingentiam eiusdem regrīt quamlibet ptem eē ꝯtingentē: z nullā alteri repugnare nec ēt ꝯtradictoria illaꝝ vt antixps ē alb⁹ vl' ipse currit. ¶ Ponīt tertia pticula qz hec disiūctiua ē necessaria tu nō es homo vl' tu es aial: z tñ nulla pars alteri repugnat z q̄libz est contingens: sed hoc iō qz cōtradictoria partiū repugnat vz tu es homo: z tu non es aial vel dicat z melius q̄ ad necessitatem disiūctiue regrīt z sufficit copulatiuam factam de partibus cōtradictoriis esse impossibilem. Et ad contingentiā q̄ copulatiua facta de partibus oppositis sit cōtingens. ¶ Hec. n. est necessaria tu non curris vel tu moueris: quia hec copulatiua est impossibilis: tu curris z tu nō moueris. Et hec est cōtingēs tu curris vel tu nō moueris: qz hec copulatiua est cōtingēs tu non curris z tu moueris ꝑm regulas datas de copulatiuis. Segī caplm de predicabilibus.

a Aduerte q̄ diffinitio illa limitat sicut aliaꝝ ypothecaꝝ diffinitiōes limitat. ¶ Aduerte scōo q̄ nota disiūctiōis vl' ꝑt sumi dupliciter. ſ. disiunctiue z disiunctim. Disiūctiue sumit qñ ꝯiūgit ꝓpōnes vt tu es homo vel tu es aial. Disiūctim sumit qñ ꝯiūgit terminos vt sortes vel plato currit. Disiunctim adhuc dupliciter pōt teneri. ſ. diuisiue z collectiue. Diuisiue sumitur qñ ex ipso disiuncto sequitur disiūctiua de similib⁹ termis vt sortes vel plato currit ergo sor. currit vel plato currit. z ēt a qualibet ptē disiūcti ad ipsum disiunctū valz ꝯña vt tu es hō ergo tu es hō vel asinus. Collectie vo tenet qñ ex hmōi disiūcto non sequitur disiūctiua de ꝑsimilib⁹ termis vel ex qualibet ptē disiuntim nō segī ipm disiūctū: vbi gratia. nō segī ego differo a te: ergo ego differo a te vel a me: qz sequeret q̄ non esset tu vel ego qō est falsum. ¶ Silr nō segī: tu scis regem sedere ergo tu scis regē sedere vel tu scis nullū regē sedere: qz añs est verz. vt pz officiabiliter z ꝯñs est falsum. ¶ Dubitat qūo p notā disiūctōis ꝯiunguntur plures cathegorice qz videt oppositū. i. q̄ nota disiūctōis disiūgat. Ad disiūgere est seperare vel dimittere significata talis nota disiūctionis seperat z diuidit qūo est verz q̄ ꝯiūgant. ¶ Ad b rñdet Donatus q̄ nota disiūctiōis ꝯiungit voces: disiungit tñ sensum. i. significatū. z sic nō incōuenit q̄ vnū z idē disiūgat z ꝯiūgat respectu diuersoꝝ. Sed diceres ꝓtra: qz tunc nulla ē disiūctiua mentalis cū non sint voces in intellectu quas possit ꝯiūgere. ¶ Dicēdū est q̄ Donatus loqtur solū de disiūctiua vocali cū maxie grāmaticus ꝑsetur circa sermonē. Si āt volum⁹ vniuersaliter loq de disiūctiua sive in mente sive voce sive in scripto sic dicendū est q̄ nota disiūctiōis terminos vel ꝓpōnes ꝯiūgit: z disiungit significatū. De hoc tñ vide ample ꝓtra sūmulas: qz auctor modoz significādi mordet Donatū ꝛc. ¶ Propositionis disiūctiuaꝝ. alia est affirmatiua z est in qua nota disiūctionis affirmat. alia est negatiua z est in qua nota disiūctionis negat. ¶ Aduerte q̄ nota disiūctiōis negat qñ cadit supra ipsam. Cadit autem supra ipaz dupliciter aut qñ ꝑponit toti ꝓpōni: vt dicēdo non tu es capra: vel tu es asin⁹: aut qñ immediate ꝑponit sibi: vt dicēdo tu es capra nō vel tu es asinus. Primo mō tñ hoc ē ꝑm ꝯsuetū modū loqēdi ꝛc. ¶ Ad vitatez disiūctiue affirmatiue sufficit vnā partez esse verā vt tu es hō vel tu es asinus. ¶ Ad falsitatem regrīt q̄libet ptez esse falsam. vt tu curris vel baculus stat in angulo. ¶ Aduerte q̄ circa hoc due opiniones sūt. Una opinio est quā segī magister Petrus hispan⁹ dicens. Cō disiunctiua est ṽa si vna ps ē ṽa: z adhuc si qualibet ps ṽa disiūctiua est ṽa: z iō dicit magister q̄ sufficit vnā ptem esse veram z nō dixit regrīt: qz si ambe ptes sūt ṽe adhuc ipsa ē vera. ¶ Alia ē opinio quā segī sanct⁹ doctor in logica sua z algacel z plures alij dicentes q̄ si disiunctiua dz esse ṽa tñ vna pars dz esse ṽa. Si aūt ambe partes essent ṽe disiunctiua esset falsa z vtraq; opinio p se hz rōnez. ¶ Prima opinio maxime fundat supp duab⁹ rōnib⁹ prima est arguendo a parte disiunctiue ad totā disiunctiuā sine ipedimento ꝯña est bona. ergo ista ꝯña est bona: tu es homo: er

go tu es homo:vel tu es aial.ꝓña tenet.tunc vltra ista ꝓña est bona ꝛ añs est vex ergo ꝛ ꝓñs:sz ꝓñs est disiũctiua que hz ambas ptes vas ergo disiũcitua talis est va. ¶Scda rõ ē qꝫ ꝓtradictoriũ disiunctiue affirmatiue assignat ꝑ copulatiuã factã ex ptib⁹ oppositis disiũctiue vt cõiter dicit ergo oppositũ illi⁹:tu es hõ vel tu aial:est illd tu nõ es hõ: ꝛ tu non es aial:sed duox ꝓtradictoriũ si vnũ est falsum aliud erit vex:sed hoc �means est falsum:qꝫ est vna copularia cuius q̃libet ps est falsa:ergo primũ est vex.ꝛ ista est disiũctiua q̃ hz ambas ptes vas:ergo ꝛc. ¶Scda opinio fundat rõnẽ sup duob⁹ ꝑsuppositis. ¶Primũ est disiũctiue ꝓprium est disiũgere sensũ.i.significatũ.Hoc.n.donat⁹ affirmat:ꝛ rõne ps qꝫ disiũctiua ꝑ hoc differt copulatiua ꝛ nõ ꝑ aliud:ergo hoc ē sibi ꝓprium. ¶Scdm ꝑsuppositũ est qꝫ ex eo qꝫ res ē vl nõ ē oratio dicit va vl falsa.i.oratio dicit va q̃ significat sicut ē:ꝛ dicit falsa q̃ significat sicut nõ est. Oratio dicit va vl falsa ꝛc.hoc ps ꝑ pbm in ꝓdicamẽtis. Hoc ẽt ex rõne ps:qꝫ vitas ꝓpõnis attẽdit penes significatũ.His ꝑsuppositis arguũt sic. Illa oratio est falsa q̃ significat sicut nõ est ex ꝑte rei:sz disiũctiua hñs duas ptes vas significat sicut nõ ē vt ꝓbabo:ergo illa ē falsa ꝓña tenet cũ maiori ꝑ scdm ꝑsuppositũ minor ꝓbat ꝛ capio illã disiũctiuã:tu es hõ vel tu es aial:tũc sic illa significat res illas sive significata illax rex eẽ.i.disiũcta ꝑ primũ ꝑsuppositũ: ꝛ nõ sũt disiũcta.ergo significat sicut nõ ē. ¶Itẽ hoc cõfirmãt auctoritate Boetij dicẽtis qꝫ �means disiũctio disiũctiua ea inter q̃ cadit simul eẽ nõ ꝑmittit:ergo vnũ ē vt affirmatuz ꝛ reliquũ vt negatũ ꝛ dicẽdo:sor.vl plato currit:sensus est sor.currit:ꝛ plato nõ vl ecõuerso. ¶Alig volẽtes ꝓcorda re has opiniones dicũt qꝫ ꝑ disiũctiua dupliciter põt dici va.s.aut veritate cõpositox aut veritate compositionis. Veritate cõpositox illa ē va cui⁹ ꝓpões in ea composite sũt ve. Illa ē va vitate cõpositiõis cui nõ repugnat vt sit verus modus significandi ꝓiũctionis. ¶Primo mõ locut⁹ ē magister. Scdo mõ loquunt antiq. Hi nõ recte ꝓcordãt iudicio meo cui⁹rõ ē qꝫ q̃ro:an ꝑ disiũctiua dẽat dici absolute va ꝑ vitatẽ ꝓpositox tm̃:aut ꝑ vitatẽ ꝓpositionis tm̃ aut ꝑ vitatem vtriusqz. Si ꝑ vitatẽ vtriusqz vtriqz peccãt. Si ꝑ vitatẽ cõpositox tm̃ ꝑa opinio falsa est. Si ꝑ vitatẽ ꝓpositiõis tm̃ ꝑma opinio va erat. ¶Possumus tñ aliter eos ꝓcordare lz forte nõ sint ꝓcordãdi. Et dicemus qꝫ q̃dã est disiũctiua ꝓpria ꝛ q̃dã ipropria. Disiunctiua ꝓpria est illa q̃ de tali mã fit in qua vnũ oino ponit ꝛ alterũ remouet:vt aial aut ē sanũ aut ē egrũ. Disiunctiua vo impropria ē illa q̃ nõ fit de tali mã sz tm̃ oino vnũ ponatur:ꝛ alterũ remoueat.imo põt fieri de tali materia vt ambo remoueant:vt sor.ẽ asin⁹ aut ē capra.aut in tali materia vt ambo ponant vt sor.ẽ hõ aut ē aial. Ad ꝓpositũ mõ dico qꝫ ꝑa opinio quã sanctus Thomas segit ꝛ multi alii logt de disiũctiua ꝓpria. Opinio añt prima quã sequit magister logt de oi disiũctiua siue propria siue impropria.

¶Ad possibilitatẽ disiũctiue sufficit vnã ptẽ eẽ possibilẽ.

¶Ad ipossibilitatẽ regrit quãlibet ptẽ esse impossibilez.

¶Aduerte qꝫ magister dicit ad possibilitatẽ sufficit ꝛ nõ dixit regrit qꝫ põt eẽ polis dupliciter. ¶Uno mõ qñ tm̃ vna ps est polis. ¶Alio mõ qñ q̃libet ps est polis. ¶Ad necessitatẽ disiũctiue affirmatie sufficit vnã ptẽ eẽ necessariã

¶Ad ꝓtingẽtiã vo regrit quãlibet ptẽ eẽ ꝓtingẽtẽ ꝛ nullã alteri repugnare ꝛ nec ꝓtradictoria illax ptiũ. Uel dicatur ꝛ melius qꝫ ad necessitatẽ disiũctiue regrit copulatiuã factam de ptib⁹ oppositis eẽ ipossibilẽ.ad ꝓtingẽtiam vo regrit copulatiuã factã de ptib⁹ oppositis eẽ ꝓtingentem.

¶Aduerte qꝫ magister declarat dupliciter cognoscere disiũctiuã necessariã. ¶Primo qñ ē altero triũ modox dictorum aut qꝫ vna ps sit necessario va:aut qꝫ ptes ꝓtradicant: aut ꝓtradictoria ptiũ ꝓtradicãt. Exẽplũ tertij vt tu non es hõ vel tu es aial:quã tertiã diffinitionẽ magister nõ exꝑsit:sz illo accipit ex declaratiõe ꝓtingẽtis. Scdo mõ declarat breuius.s.qñ copulatiua facta de ptibus oppositis est ipossibilis.disiunctiua ẽ necessaria:cui⁹rõ ē qꝫ duox ꝓdictoriorũ si vnũ ē ipossibile aliud ē necessariũ ꝛ ecõuerso. Sz cuz illa copulatiua facta de ptibus oppositis ꝓtradicat illi disiũctiue:ergo si illa copulatiua ē ipossibilis disiũctiua erit necessaria. ¶Cõsilr dupliciter declarat cognoscere disiũctiuã ꝓtingẽtẽ. ¶Prio qñ adsũt tres ꝓditões silr quax ꝑma ē qꝫ q̃libz ps sit ꝓtingẽs. ¶Scda qꝫ nulla alteri repugnet. ¶Tertia qꝫ cõtradictoria illax ptium nõ repugnent.ꝛ si aliqua istax deficiet nõ erit ꝓtingẽs. ¶Scdo dclarat breuius ꝛ subtilius sic.s.qñ copulatiua facta de ptib⁹ oppositis est ꝓtingẽs. ¶Cui⁹rõ ē qꝫ duox contradictoriox si vnuz ē ꝓtingẽs ꝛ aliꝫ.sz cũ illa copulatiua facta de ptib⁹ oppositis ipsi⁹ disiũctiue sit eius cõtradictoria: ergo si illa copulatiua ē ꝓtigens ꝛ disiũctiua erit ꝓtingens. ¶Nõ exẽplificaui gratia breuitatis:cuz exempla sint in textu.

## Incipit tractatus de predicabilibus.

¶Redicabile dupliciter sumit: vz cõiter ꝛ ꝓprie. ¶Predicabile cõiter sũptũ est termin⁹ aptus natus de aliquo ꝑdicari:ꝛ sic tã terminus cõis q̃ singularis tam complexus q̃ icomplexus dr predicabile. Sed ꝓprie sic sumẽdo diffinit. ¶Predicabile est termin⁹ vniuocus aptus natus de plurib⁹ ꝑdicari. ꝛ sic nullus terminus singularis nec trãscẽdẽs aut compositus dr predicabile seu vle qđ idẽ ē: qꝫ nullus talis ē termin⁹ vniuoc⁹. Unde terminus vniuocus est terminus simplex plura significans �means vnicã rõnẽ:sicut ly hõ qđ significat sortẽ ꝛ platonem:ꝛ oia sua significata ꝑm hanc rõnẽ aial rõnale. ¶Per hoc qđ dr termin⁹ simplex excludũtur termini singulares:vtvnica ratione excludit terminũ trãscendentem vz ens aliqd ꝛ hmõi. ¶Terminus equocus ē termin⁹ simplex plura significans ꝑm diuersas rõnes:sicut ly canis qꝫ significat canẽ latrabilem: sidus celeste ꝛ piscez marinum:ꝛ hec diuersis rationibus.

a **Duerte** qꝫ accipiẽdo predicabile illo mõ cõiter ois termin⁹ mũdi dicit ꝑdicabile:ꝛ rõ ē qꝫ ꝑdicabile dicit a ꝑdicari:mõ ois termin⁹ ꝑt ꝑdicari de aliquo aut directe aut idirecte:aut de alio termino aut saltim de seipo ꝛ isto mõ accipit ¶Porphiri⁹ predicari in capto de gñe cũ diuidit ꝑdicari in ꝑdicari de vno solo vl de plurib⁹. Indiuiduũ.n.ꝑdicat de vno solo:vle vo de plib⁹. Sed ꝓprie sumendo sic diffinit. ¶Predicabile ē terminus vniuocus apt⁹ nat⁹ ꝛ plib⁹ ꝑdicari:ꝛ sic nullus terminus singularis nec trãscẽdẽs aut cõpositꝰ dicit ꝑdicabile aut vle:qđ idez erit qꝫ nullus tal ē terminus vniuoc⁹. Uñ terminus vniuocus ē termin⁹ simplex pla significãs ꝑm vnicã rõnem: sicut ly hõ q significat sortẽ ꝛ platonẽ ꝛ oia sua significata ꝑm hãc rõnẽ:aial rõnale. Terminus equoc⁹ est terminus simplex pla significãs ꝑm diuersas rõnes vt ly canis qđ significat canẽ latrabilẽ celestez ꝛ marinũ vno noie diuersis tñ rõnib⁹ vt pz ꝛc. ¶Aduerte qꝫ magister hic põit tres diffinitiões scdaz ꝛ tertiã ponit ꝑ declaratiõe ꝑme q̃ ē ꝑdicabilis ꝓprie sũpti. Et he diffinitões note sũt qꝫ magister eas nõ declarat. ¶Nota tñ differẽtiã inter ꝑdicabile ꝓprie sũptũ ꝛ vle.nã idez sũt realiter ꝑdicabile ꝛ vle:differũt ãt ꝑ rõnez qꝫ vle dicit vt est i multis:ꝑdicabile vo vt dicit de multis. ¶Aduerte ꝺo qꝫ vniuocũ est dupler ꝛ silr equocũ.s. vniuocum vniuocans ꝛ vniuocum vniuocatũ. Uniuocũ vniuocãs est terminus simplex significãs pla vt hic diffinit. Uniuocũ vo vniuocatũ est res significata ꝑ terminũ vniuocũ:ꝛ sic diffinit a pbo i añ ꝑdicamentis. Uniuoca dicit

quoꝝ nomen est cõe:ꝛ ꝟz illõ nomen rõ ſt̃e est eadẽ. Equo cũ equocãs ẽ termin⁹ ſimpler ſignificãs pl̃a vt ꝟ diffinit̃. Equocũ ỽo equocatũ ẽ res ſignificata p terminũ equocũ ꝛ ſic diffinit̃ a pbo i añ p̃dicamẽtis. Equoca dr̃ quoꝝ no mẽ ſolũ ẽ cõe ꝛ ꝟz illõ nomẽ rõ ſubſtãtie ẽ diuiſa. ¶ Predicabile ꝓprie ſũptũ dicit̃ in gnqz vl̃ia. ſ. genus: ſp̃es: ꝓprium: differẽtiã ꝛ accñs. ¶ Aduerte q̃ cõiter dicit̃ q̃ diuiſio p̃dicabilis i illa gnqz est diuiſio analogi i analogata. Analogũ. n. ẽ illõ q̃ dicit̃ de plurib⁹ ꝟz idẽ nomẽ ꝛ eãdez rõnez ſz ꝑm pri⁹ ꝛ posteri⁹: cũ p̃dicabile p pri⁹ dicat̃ de gñe q̃z de alijs. Scotus tñ vult i q̃stionib⁹ ſuis ſup p̃dicabilia q̃ ſit diuiſio generis in ſpecies. Utraqz opinio ꝓbabilis ẽ elige que tibi magis placet ꝛc.

¶ Predicabile ſcõo mõ ſumptũ diuidit̃ i gnqz vl̃ia: vz genus ſp̃es differentia ꝓprium ꝛ accñs. Genus ergo ẽ terminus vniuocus p̃dicabilis in qd de plũbus differẽtib⁹ ſp̃e: vt aial p̃dicat̃ de hoie ꝛ de aſino q differũt ſp̃e i eo qõ qd qꝛ ad iterroga tionẽ ſcãz p qd ẽ hõ vl̃ aſinus rñdet̃ q̃ ẽ animal. Genus diuidit̃. Nã qõdã ẽ gen⁹ generaliſſimũ ꝛ qõdã gen⁹ ſubalternũ. Genus generaliſſimuz ẽ terminus q ſic ẽ genus qõ nõ põt eẽ ſp̃es vt ſub ſtantia. Genus ſubalternũ ẽ terminus q ſic ẽ ge nus qõ põt eẽ ſp̃es vt aial. Eſt. n. genus reſpectu hominis: ſpecies vero reſpectu corꝓris.

ſortes eſt aliqs homo currens. Sexta conditio ꝓpoſitionibus ſignificantibus precise ex compoſitione ſuarum partiū primarie ſignificantiū: quod dicit ꝓpter ſubordinationem ⁊ variationē ſignificationis. Conſimiles limitatiōes regruntur econtra. Tertia regula ſeptē requirit limitationes. ¶Prima ab inferiori ad ſuum ſuperius per ſe qz accidens non ſegtur. vnde non valet tm̄ homo currit: ergo tm̄ album currit: ⁊ ſi hoc ſit album qz ſtat añs eſt verum ſine ꝑñte. ¶Secunda ſine diſtributione: qz non ſegtur tm̄ omnis homo currit: ergo tm̄ eſſe aīal currit: qz poſito q̄ omnis homo currat: ⁊ nihil aliud. añs eſt verū ⁊ ꝑñs falſum. ¶Tertia affirmatiue qz negatiue: non ſegtur. vnde non valet non tm̄ hō eſt ſenſibilis: ergo non tm̄ aīal eſt ſenſibile: qz añs eſt verum ⁊ ꝑñs falſum. Et propter hoc ſoluitur inſtantia magiſtri cum arguit q̄ non ſegtur tm̄ ſubſtantia non eſt accidens: ergo tm̄ aliqd non eſt accidens: qz añs ē verum ⁊ ꝑñs falſum: vt patet per exponentes: qz non arguitur contra regulam qz non arguit affirmatiue. Similiter cum arguit q̄ non ſegtur tm̄ corpus nō eſt indiuiſibile ergo tm̄ ſubſtātia nō eſt indiuiſibilis qz añs eſt verum ⁊ conſequens falſum: vt pz per exponētes: de añte pz: de ꝑñte ꝓbatur. qz ſcōa exponens eſt falſa. ſ. quodlibet non ſubſtantia eſt indiuiſibile: nam albedo in pariete eſt non ſubſtātia: ⁊ tm̄ non eſt indiuiſibilis: qz eſt extenſa ad extenſionem parietis. Dicit q̄ non arguit contra regulam: qz non arguitur affirmatiue. ¶Hoc dictum eſt de intentione magiſtri cōtra ſequētias. cum ſuppoſitatione tamen dicitur q̄ illa eſt optima. ꝑña tm̄ corpus non eſt diuiſibile: ergo tātū ſubſtātia non eſt diuiſibilis: qz exponentes ꝑñtis ſunt vere vt patet intelligenti. ¶Quarta ratione totius extremi: qz rōne partis non valet ꝑña. vnde non ſegtur tm̄ apparens aſin⁹ currit. ergo tm̄ aliqualis aſinus currit. poſito. q̄ ſortes appareat aſinus q̄ currat: eſt añs verum ⁊ ꝑñs falſum. ¶Quinta altero extremo non variato qz nō ſequitur tm̄ homo currit. ergo tm̄ animal mouetur. Sexta in ſuppoſitione perſonali: qz nō ſegtur tm̄ homo eſt ſpecies ſpecialiſſima ad ſortem ⁊ platonem: ergo tātū animal ē ſpecies ſpecialiſſima ad ſortem ⁊ platonem: quia antecedens eſt verū ⁊ conſequens falſum. ¶Septima conſequentia eſt bona ipſa ſignificante precise ex compoſitione ſuarum partium precise primarie ſignificantium propter ſubordinationem ⁊ variationem ſignificationis. vt dictum eſt ſepe. ¶Quarta non indiget limitationibus ex quo conſequentia nō valet formaliter neq3 de forma: quia arguitur a ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue ⁊ diſtributiue q̄ non valz vt dictum eſt in tertio capitulo. Et econtra autem cum medio debito bene valet. ¶A termino ſtante confuſe tātum vel determinate ad eundem ſtantem diſtributiue non valet cōſequentia. ¶A termino ſtante diſtributiue ad eundem ſtātem determinate conſequentia eſt bona. ¶A termino ſtāte confuſe tantum ad eundem ſtantem determinate reſpectu eiuſdem ſyncathegorematis non valet conſequentia. Iſte regule ex dictis patent interius perſcrutanti.

pOnēde ſunt regule ptinentium atque imptinētium terminorum: quarū prima eſt iſta. Ab affirmatiua vnius diſpati ad negatiuam alterius ē bonum argumētum. vt tu es homo ergo tu non es aſinus tu curris. ergo tu non ſedes. tu es albus ergo tu non es niger. Sed ſi econuerſo non ſequit. qz ex negatiua non ſequitur affirmatiua. ¶Scōa regula eſt iſta. Quandocunq3 ſunt alique due ꝓpōnes quarum ſubiecta cōuertunt atq3 predicata manente conſili denominatione ab vna ad reliquā eſt bona ꝓñtia. tu es hō: ergo tu es animal rationale: ⁊ econuerſo. Et notanter dicitur manente cōſimili denominate. qz ſi vna eſſet affirmatiua ⁊ alia negatiua non conuerterētur. vt tu es homo: ⁊ tu non es hō. Item ſi vna eſſet q̄ta vna q̄titate: alia alia q̄titate. vel nulla: non oporteret iſtas cōuerti vt omne animal eſt homo aliquod animal eſt homo: ⁊ tantuz animal ē hō. ¶Tertia regula eſt iſta ab vno conuertibili ad reliquū eſt bona cōſequētia: vt tu es hō ergo tu es riſibilis: ⁊ econuerſo brunellus eſt rudibilis: ergo brunellus ē aſinus. ¶Quarta regula ē iſta ab vno correlatiuorum ad reliquum prop poſitiōibus exiſtētibus de ſcōo adiacēte eſt bonum argumētuz vt duplum eſt: ergo dimidium eſt ⁊ econuerſo: ⁊ notanter dicitur de ſecundo adiacēte quia non ſequitur. a. ē duplum: ergo. a. ē dimidium: pater ē barbatus: ergo fili⁹ ē barbatus. ¶Quinta regula eſt iſta. A termino priuatiuo ad terminuz infinitum ē bona conſequētia: ſz non econuerſo vt tu es iuſtus: ergo tu es nō iniuſtus: ſz ōn ſequitur econuerſo lapis eſt non iuſtus: ergo lapis eſt iniuſtus: añs. n. ē verum ⁊ conſequēs ē falſum: vt pz: quia quicquid ē iniuſtum pōt eſſe iuſtum: ſz lapis non pōt ee iuſtus: ergo non pōt eſſe iniuſtus. ¶Sexta regula. Ab affirmatiua de p̄dicato priuatiuo vel infinito ad negatiuam de predicato finito eſt bona cōſequētia: vt tu es cecus: ergo tu non es videns: tu es non homo ergo tu non es homo: ſed econuerſo non valet argumentum quia ex negatiua nō ſequit affirmatiua. ¶Septima regula eſt illa. A negatiua de predicato finito cum debito medio ad affirmatiuam de p̄dicato infinito eſt bona ꝑña: vt tu non es aſinus ⁊ tu es: ergo tu es non aſinus ⁊ c̄.

pRo intellectu harum regularū faciaz duo. ¶Primo declarabo terminos pertinentes ⁊ impertinentes. ¶Secundo limitabo regulam.

¶Primo igitur aduerte q̄ terminorum quidaz ſunt pertinentes ⁊ quidam impertinentes. Impertinentes ſunt illi quorum vnus poteſt indifferenter affirmari ⁊ negari de altero ſuppoſito non corrupto: vt album ⁊ homo ⁊ ſimiles. ¶Pertinentes vero ſunt duplices: quia vel ſunt pertinentes diſperati vel pertinentes ſequela. ¶Pertinentes diſperati ſunt illi quorum nullus poteſt vere affirmari de altero: vt homo ⁊ aſinus. ¶Pertinentes ſequela ſūt illi ex quoruz vno ſequitur alter vel propoſitio in qua ponitur vnus illorum eſt illatiua propoſitionis in qua ponitur alius. Et hi ſunt duplices qz vel ex vno ſequitur aliud ⁊ econuerſo vel ex vno ſequitur aliud ⁊ non econuerſo. Si primo modo eſt dupliciter quia ſi ex vno ſequitur aliud ⁊ econtra: vel eſt reſpectu cuiuſcunq3 verbi: ⁊ ſic dicuntur conuertibiles ſimpliciter: vel reſpectu huius verbi eſt tantum de ſecūdo adiacente. ⁊ ſic dicuntur termini correlatiui. Si vero ſecūdo modo. ſ. q̄ ex vno ſequitur aliud ⁊ non econuerſo adhuc eſt dupliciter aut eſt reſpectu huius verbi eſt de ſecundo adiacente: ⁊ ſic terminus a quo non conuertitur ſubſtendi conſequentia dicitur prior ⁊ alter poſterior: vel eſt reſpectu cuiuſcunq3 verbi: ⁊ ſic terminus inferens dicitur inferior: illatus vero ſuperior. ¶Et vt has diuiſiones recte diſcernere poſſis ibi feci arborem que tibi declarat.

Prima regula septem limitatiões regrit. ¶Pri ma ab affirmatiua vnius disperati simpli citer sumpti sine determinatione: qz nõ sequitur:tu ptingẽ ter es hõ:ergo ptingenter non es asinus: qñ añs est vez ꝛ ꝓsequens falsuz.qz ex illo sequitur q tu posses eẽ asinus. Pro quo scias q ꝓpõ exponenda ratione huius termini contingenter:est exponenda p oppositas qualitates.vt cõ tingenter tu curris:sic exponitur:tu curris:ꝛ põt esse q tu non curris:sed illa contingenter tu nõ curris : exponit sic: tu non curris:ꝛ põt esse q tu curras:ꝛ sic de singulis iõ si contingenter tu non es asinus sequitur formaliter q po tes esse asinus. ¶Scõa ad negatiuam alterius simpliciter sumpti pp idem. ¶Tertia ꝓpõibus significantibus ex compositione suoꝝ terminoꝝ precise primarie signifi cantium ꝓpter subordinationẽ ꝛ variationem significatio nis. ¶Quarta a pte predicati:qz a parte subiecti non va let:vt homo est animal:ergo asinus non est aial. ¶Quin ta subiectis vniformiter supponentibus : qz non sequitur animal currit:ergo nullum animal quiescit. ¶Serta in terminis discretis:qz in terminis cõmunibus non seqtur simpliciter vt sic arguendo:ille deus est pater:ergo ille deꝰ non est filius.certum est q non sequitur q ille terminus deus est tanq̃ cõmunis tribus suppositis diuinis.Simi liter non sequitur homo est cõis soꝛ.ergo non est platoni: sed in talibus terminis discretis sequitur modificando ne gatiuam alterius disperati.sequitur enim.ille deus est pa ter.ergo ille deus aliquo modo non est filius. Similiter sequitur:homo cõmunis est soꝛ.ergo homo aliquo modo non est cõmunis platoni:ꝛ hoc est verum:qz homo communis licet sit soꝛ.ꝛ plato:non tñ eo mõ quo ẽ soꝛ.ẽ plato sed sicut est soꝛ.non ẽ plato. ¶Septima ꝛ simpliciter de presenti ꝛ non de ꝓterito ne de futuro:qz non sequitur ab solutę.tu fuisti albus:ergo tu nõ fuisti niger: tu eris albus ergo tu non eris niger.sed bene sequitur limitate tu fuisti albus:ergo aliquando tu nõ fuisti niger.Similiter tu eris albus:ergo aliquando tu non eris niger:ꝛ non econuerso: qz ex pura negatiua non sequitur affirmatiua. ¶Et pro pter hoc patet ad instantiam magistri cum arguit q non sequitur brunellus est asinus:ergo brunellus non ẽ risibi lis:tenendo ly risibilis in genitiuo : qz antecedens ẽ veruz ꝛ consequens falsum. Dicitur enim q risibilis in genitiuo ꝛ asinus non sunt termini disperati sed bene in nominatiuo. ¶Secunda regula quinqz requirit limitatiões. ¶Prima quando subiecta ꝛ predicata ꝛ copule conuertuntur quo ad primaria significata.propterea non sequi tur homo est animal:ergo homo est homo: q̃uis homo conuertatur cum animali in significato secundario : cum ad hominem sequatur formaliter ꝛ virtualiter animal nõ tamen in significato principali conuertuntur. ¶Secunda ẽ quo ad modos significandi.propterea non sequitur: tu es homo:ergo tu es homines: qz licet homo homines hominis habeant idem significatum tamen non significant eodem modo.quia homo significat per moduz vni ꝛ per modum principii.homines vero per modum pluri um vel per modum principii : sed hominis significat per modum vnius ꝛ per modum termini vt cuius. propterea non sequitur tu es aliquo modo. ergo tu es omni modo: ꝛ qualitercunqz:qz aliquo mõ lz oẽm modũ significet:nõ tñ oẽm modum omnimodo significat lz p modũ vt a quo quia ly aliquo mõ oẽm modum significat partitiue ꝛ diuisiue.sed ly omnimodo significat distributiue affirmatiue.hec ex grãmatica speculatiua itelligunt. ¶Tertia manente simili determinatione ꝓpõnum ita q sint eiusdẽ q̃litatis ꝛ quãtitatis ꝓpterea non segt.hõ currit.ergo nõ currit hõ.hõ currit ergo tñ hõ currit. ¶Quarta vtraq̃ positione significante p̃cise ex ꝓpõne suoꝝ terminoꝝ p̃cise primarie significantiũ pp subordinationẽ ꝛ variationẽ significationis. ¶Quinta vniformiter supponentiũ ꝓpter ea soluit instãtia magistri. qz non segt glibz hõ est vnus: hõ.ergo ois hõ est vnus hõ.ga ly hõ a pte subiecti latius supponit in scõa q̃z in pria.Dicit magister q ista ꝙuertit ꝓprie lz tñ sint similia.His ãt seruatis ab vna ad reliquã valet ꝓña tam affirmatiue q̃z negatiue.Cõtra hãc regulã facit argumentũ Strodus qa non sequit tu g nõ es asin9 es hõ:ergo tu g es asin9 non es hõ.añs est vez ꝛ ꝓñs falsũ pz quia suũ ꝺictoriũ est falsum pz qz ex illa sequit, tu es asinus. ¶Ad hoc dat duas rñsiones. ¶Pria dicit q ambe sunt vere. Pria enī est affirmatiua q̃ significat copulatiue te nõ eẽ asinũ ꝛ te esse hoiem. ¶Scõa vo cũ sit negatiua significat oppositũ mõ copulatiue affirmatiue coꝛrespõdenti ꝛ significat disiũctiue q tu non es asin9.vel q tu non es hõ.iõ ambe vẽ sunt:vñ ille ꝺicunt tu qui es asinus es hõ.tu g es asinus nõ es hõ.pria significat copulatiue.scõa disiũctiue oppositi mõ.Similiter ille ꝺicũt: tu g non es asinus es hõ.ꝛ tu g es asinus nõ es hõ.pria significat copulatiue.scõa vo disiunctiue oppositi mõ. Et sic pz rñsio 9m hanc opinionẽ q̃ pulchra est:qa ꝓña ẽ bona. ¶Alia rñsio quã sequit Strodus ẽ distinguendo an negatio in pria ꝓpõne cadat supra totã ꝓpõnem vel supra partẽ. Si supra totã negat ꝓña:quia non seruat vtrobiq̃ eadẽ q̃litas:si vo cadit supra scõam ꝓpõnem ꝓceditur ꝓña sed negat añs sicut ꝛ ꝓñs.nec tunc ꝺatur ꝺictoriũ p ablationem negationis prepositę sed p additionez alterius de nouo. ¶Tertia regula tres requirit limitationes. Pria ab vno ꝙuertibili ad reliquũ ratione totius extremi , quia ratione partis non sequit vt ꝺictoriũ a ẽ verum.ergo cõtradictoriũ ꝺictorii a ẽ verum. ꝺato q a sit illa. homo ẽ asinus.añs ẽ verum ꝛ ꝓñs falsum. quia nihil ẽ ꝺictoriũ ꝓtradictorii a nisi a.lz ꝓtradictoriũ ꝙuertat cũ ly contradictoriuz ꝓtradictorii non tñ addendo ly a. Et sic soluitur instantia magistri.quia non sequitur sortem scis eẽ hoiem. ergo sortem scis eẽ risibilem.quia posito q nescias que sit passio sortis.imo credas q risibile sit passio brunelli. añs est verum ꝛ ꝓñs falsum.Dicendum q lz ly hominez ꝛ ly risibilem conuertant.non tamẽ sciens eẽ hominez ꝛ sciẽs eẽ risibilem conuertuntur que sunt predicata. ¶Secunda consequentia significante precise ex compositione suoꝝ terminoꝝ precise primarie significantium.propter subordinationem ꝛ variationem significationis vt sepe dictũ est. ¶Tertia vniformiter supponentium.qz non valet q libet homo currit.ergo omne risibile currit. qz latꝰ supponit risibile q̃z homo.Istis autem seruatis ẽ bona consequentia tam formaliter q̃z de forma. ¶Quarta regula quatuoꝛ regrit limitationes. ¶Pria ab vno correlatiuo

ad reliquum correlatiuū totale. ⁊ sic soluit instantia magistri: qz nō valet: pater est: ergo filius est. qz stat qꝫ sit pater ⁊ non habeat filium sed filiā. Silr nō valet: filius ē. ergo pater est. qz stat qꝫ sit filius ⁊ nō habeat patrez sed matrē. Et causa ē. qz pater vel mater ē vnum correlatiuuz totale: filiꝰ vel filia aliud correlatiuū totale nō autem pater correlatiuum totale nec filius. Et si nō placet tibi hec prima limitatio dicas qꝫ pater ⁊ filius nō sunt correlatiua: sed bene pater vel mater filius vel filia. ¶ Scōa cum vbo subſtantiuo de scōo adiacente. qz nō sequit pater est barbatus ergo filius est barbatus. pater currit ergo filius currit. ¶ Tertia de pñti qz nō sequitur pater fuit. ergo filius fuit. pater erit. ergo filius erit. ¶ Quarta ꝓpōnibus significantibus ex cōpositione suoꝝ terminoꝝ precise primarie significantium 2ña est bona. pp subordinationem ⁊ variationē significatiōis. ¶ Quinta regula quatuor requirit limitatiōes. ¶ Prima a termino priuatiuo ad terminū infinitū propositionibus existentibus affirmatiuis: qz in negatiuis nō sequitur. vñ non valet lapis nō ē iniustus. ergo lapis nō ē non iustus añs ē verum ⁊ 2ñs falsum. ¶ Scōa nō facta alia variatione terminoꝝ. qz nō sequitur sortes ē iniustus ergo plato ē non iustus. qz variatum ē subiectuz. ¶ Tertia 2ña ē bona ipsa significante ex compositione suoꝝ terminoꝝ precise primarie significantium pp subordinationē ⁊ variationem significatiōis. ¶ Quarta vniformiter supponentium. qz nō valet quilibz hō ē iniustus. ergo ois hō est non iustus. ⁊ pp hoc soluit instātia magistri cū arguit a tempus fuit infinitum. ergo a tempus fuit nō finitū. ponendo qꝫ a tps fuerit ꝓteritū infinitū terminatū ad instās 2ñs añs ē verꝫ ⁊ 2ñs falsum. Silr cū arguit linea ē indiuisibilis. ergo linea ē non diuisibilis. añs est verꝫ cū nō bēat latitudinē ⁊ ꝓfunditatem. ⁊ tñ 2ñs est falsum. qz est diuisibilis ꝑm longitudinē. Dicit enim qꝫ infinitum ⁊ idiuisibile nō sunt termini priuatiui. qz nō dicunt defectum cum conueniant deo. quare nō mirum est si aliqua talis 2ña valet. ¶ Sexta regula quatuor limitationes regrit. Prima ab affirmatiua de ꝑdicato infinito vel priuato totali. ⁊ pp hoc nō valet: aial significat nō hoiem. ergo aial non significat hoiem. ¶ Scōa cū vbo de ꝑsenti ⁊ sic soluitur instātia magistri qz nō sequit: tu fuisti nō albus. ergo tu nō fuisti albꝰ. posito eni qꝫ heri fueris albus ⁊ pdicte niger: añs ē verum ⁊ 2ñs falsum. sed opz arguere cū determinatione i illis de ꝓterito ⁊ de futuro: vt si tu fuisti albus. ¶ Tertia in terminis rectis: qz in obliquis non tenet regula. vnde non sequitur asinus ē non sortis ergo asinus nō ē sortis añs ē verum ⁊ 2ñs falsuz: posito qꝫ ois asinus sit tā sortis q̄z plato nis. Silr non seqt sortis ē nō asinus. ergo sortes nō est asinus. posito. n. qꝫ sortes habeat asinū ⁊ equū añs est verū ⁊ 2ñs falsum. ¶ Quarta ad negatiuā de ꝑdicato finito ꝓpositionibus significantibus ꝑcise ex cōpositione suorum terminoꝝ ꝑcise primarie significantiuz pp subordinationē ⁊ variationem significatiōis. ¶ Quinta vniformitee supponentiū: qz non sequit: quilibet hō est non asinus: ergo ois homo non est asinus. ¶ Septima regula tres requirit limitationes. Prima a negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito cum debito medio. ⁊ pp hoc soluitur instantia magistri: qz nō sequit sor. nō ē asinus. ⁊ sortes ē ergo sortes ē non asinꝰ. cū antecedēs sit verꝫ ⁊ 2ñs falsū. posito qꝫ sortes nihil habeat. qz ñ arguit cuz debito medio qō dz esse sor. ē aliqd. Silr non valet asinus nō est sor. ⁊ asinus est. ergo asinus est non sor. cuz antecedens sit verꝫ ⁊ 2sequēs falsū. dato qꝫ nullus asinꝰ sit alicuius. qz il lud non ē debitū mediū sed dz eē tale asinus ē alicuiꝰ. qō repugnat casui. Scōa 2sequentia ē bona ipsa significante ex cōpositiōe suoꝝ terminoꝝ ꝑcise primarie significantiuz. pp subordinationē ⁊ variationē significationis vt sepe dictum est. Tertia vniformiter supponentium. iō non sequitur Berta non est aliquis hō. ⁊ Berta est: ergo berta ē nō homo. sed bene seqt. ergo berta est nō aliquis homo.

c Ꝯ respōdenter ad ꝓdicta alie regule inferunt: quaꝝ prima est ista. Ab oibus exponentibus simul sumptis ad suum expositū est bona 2ña ⁊ econuerso. Et est regula ista vlis quibuscūqz ꝓpōnibus exponibilibus: vt vlibus exclusiuis: exceptiuis: ⁊ hmōi: vñ bene sequitur hō currit: ⁊ nihil est hō quin illud currat: ergo ois hō currit ⁊ ecōuerso. Silr hō currit ⁊ nihil ñ hō currit: ergo tm̄ hō currit ⁊c. ¶ Scōa regula est ista: ab oi exponibili ad quālibet suaꝝ exponentiuz est bona 2ña sed nō ecōuerso nisi gratia materie: verbi gratia ois hō currit ergo nihil est hō quin id currat: sed nō ecōuerso qz ex negatiua nō sequit affirmatiua: aliqñ tamē tenet gratia materie. vt hō est asinus ergo tm̄ hō ē asinus qz añs ē impoſe. ¶ Tertia regula ē ista ex cuiuslibet exponētis 2tradictorio sequit 2tradictorium expositi: sed nō ecōuerso: vnde bñ sequit aliquid nō hō currit ⁊ hō currit: ergo nō tm̄ hō currit: sed nō ecōuerso: qz ex negatiua nō sequit affirmatiua. ¶ Quarta regula ē illa. A resolutibꝰ ad resolutum ē 2ña bona sed nō ecōuerso: vt hoc ē hō et hoc currit: ergo hō currit nō tñ sequit hō currit: ergo hoc currit ⁊ hoc ē hō: qz post mille annos erit añs verus ⁊ 2ñs falsum. ¶ Quinta regula ē ista ab officiantibus ad officiatū est 2ña bona: sz nō ecōuerso: vt ista ꝓpō est vera hō est aial q̄ adequate significat hoiem eē aial: ergo verus est hominem eē animal: sed nō ecōuerso: qz añs posset necessarius ⁊ 2ñs 2tingens. ¶ Sexta regula est ista a descriptiōe ad descriptuz ē 2ña bona ⁊ ecōuerso: vt intelligo aliquid sub rōne qua hō: ergo intelligo hominē. ⁊ ecōuerso intelligo hominem ergo itelligo aliquid sub rōne qua hō. ¶ Septima regula est ista a sensu cōpositō ad sensum diuisū ⁊ ecōuerso nō valet argumentū: vt necessario hō est animal: ergo hō necessario ē animal. añs eni est verum ⁊ 2ñs falsum. Etiam nō sequit: albuz possibile ē eē nigrum: ergo possibile ē album esse nigruz. ¶ Octaua regula ē ista: Ab vna cā veritatis ad ꝓpōnem habentē illā cām ē bona consequentia: sed nō econuerso: vt dum hō currit: risibile currit: ergo homine currēte risibile currit: ista 2ña ē bona: sed nō ecōuerso homine currēte risibile currit: ergo dum hō currit risibile currit. qz posito qꝫ nihil currat ē tunc 2ñs falsuz cū asserat hominē currere. ⁊ tamē añs ē veruz quia cōcluditur eius veritas per aliam cām vitatis. vt si homo currit risibile currit. Dicatur ergo qꝫ propositio denominata ab ablt̄o cōsequentie habet tres causas veritatis. s. cōditionalē temporalem ⁊ causalem a quarum qualibet valet 2ña ad ꝓpositionem habentem illas causas. sed nō econuerso. ¶ Nona regula est ista ab actiua ad suā passiuam est consequentia bona ⁊ econuerso. vt sor. amat platonem. ergo plato amatur a sor. ⁊

ecõuerso. ¶Decima regula ẽ ista. A tertio ad iacente ad secundum adiacens affirmatiue siue a termino distraente ẽst ꝓsequẽtia bona. vt tu es Notanter dicitur affirmatiue. qz non sequitur tu non es asinus. ergo tu non es. dicitur etiã sine termino distrahente qz nõ sequitur antixps ẽ futurus. ergo antixps est quare ꝛc.

**Ota quod in** ser primis ꝛ octaua vna ꝓditio sufficit. s. ꝓña significante precise ex compositiõe suoꝝ terminoꝝ ꝑcise primarie significatiũ ꝓp subordinationem ꝛ variationẽ significatiõis. ꝛ propter hoc ꝓz ad instãtiã magistri ꝓtra illas. ¶Ad instantiam magistri contra primã qñ arguit qz nõ sequit ali qualis hõ currit: ꝛ non ẽ aliqualis quin talis currat: ergo qualislibet hõ currit. qz posito qz non sint in mũdo nisi homines albi quoꝝ aliqui currant aliqui sedeãt: añs ẽ verus ꝛ ꝓñs falsum. Dicitur qz ꝓña non valet. qz scõa exponẽs non ẽ illa assignata sed illa ꝛ nihil est aliqualis hõ qn illud currat. Similiter cũ arguit qz nõ sequit aliquant⁹ hõ currit: ꝛ nõ ẽ aliquantus hõ quin illud tantus currat ergo quantuslibet hõ currit: qz posito qz qlibet homo sit pedalis quantitatis: ꝛ aliquis currat ꝛ aliquis sedeat: añs ẽ verus ꝛ ꝓñs falsum. Dicitur similiter qz ꝓña non valet. quia secunda exponens non est illa assignata: sed illa ꝛ nihil ẽ aliquantus homo qn illud currat. ¶Et ad instantiam ꝓtra secũdam regulã cũ arguit qz nõ sequit tu incipis esse alb⁹ igitur tu es albus ꝛ nõ mediate ante instans ꝓsens fuisti albus: qz posito qz non sis albus sed imediate post instans ꝓsens tu eris albus est antecedens verum ꝛ ꝓsequens falsum vt patet: Dicitur qz ꝓña non valet. quia illa ẏba incipit ꝛ desinit non ꝓprie exponunt: sed habent duas cãs veritatis a quaꝝ qualibet ad ꝓpõnem habentem illas est bona cõsequentia ꝛ non ecõtra. Silr si arguatur illa ꝓña non valet tm̃ non ois hõ est animal: ergo nõ ois homo ẽ aial: ꝛ arguit per regulã: tenet ꝓña ꝛ assumptum ꝓbat. quia antecedens est verꝝ ꝛ ꝓñs falsum qz añs sit verum ꝓbat oẽ animal ẽ non ois hõ: ergo tantum non ois homo ẽ aial: tenet ꝓña ab vli ad suã exclusiuã de terminis transpositis: ꝛ antecedens ẽ verꝝ vt patet ergo ꝛ ꝓsequens. qz ꝓsequens prie cõsequentie nõ sit verꝝ ꝓbatur qz ꝯdictoriuz eius ẽ verũ. s. ois homo est aial. Dicit concedẽdo ꝓsequentiã sed negando antecedens ad ꝓbationẽ negatur ꝓsequẽtia: qz illa non est exclusiua illius vniuersalis: sed illa tantũ ens nõ omnis homo est aial: que ẽ vera ꝛ si dicitur que ẽ vniuersalis illi⁹ exclusiue tantum nõ ois hõ ẽ aial. Dicitur qz non bz vniuersalem quia ẽ negatiua. ¶Ad instãtiam cõtra regulam tertiam cum arguit qz nõ sequitur tu es aial. ergo tu non differs ab animali: quia antecedens ẽ verꝝ vt pz ꝛ ꝓsequẽs falsum qz ꝯdictoriũ ẽ verꝝ si tu differs ab animali quod ꝓbatur tu differs ab aiali quod ẽ asinus: ergo tu differs ab animali ꝛ illud ẽ asinus: tunc vltra ergo tu differs ab aiali tenet ꝓsequentia a copulatiua ad alterã partem antecedens ẽ verum ergo ꝛ ꝓsequẽs. Dicit qz ꝓsequentia ẽ bona ꝛ negatur qz ꝓsequens sit falsum: imo ꝯdictoriũ ẽ falsuz: ꝛ negatur illa ꝓsequentia: tu differs ab aiali quod ẽ asin⁹: ergo tu differs ab aiali ꝛ illud ẽ asinus: quia relatiuũ determinatum per signum confusiuũ non semper est sic resolubile: quia nõ sequitur: tu es ois hõ qui ẽ i a domo: ergo tu es omnis homo: ꝛ ille ẽ in a domo. ois hõ qui currit mouetur: ergo ois homo currit ꝛ ille mouetur. ¶Ad istantiã contra quartã regulam cum arguit qz nõ sequitur hoc nõ est homo: demonstrato asino: ꝛ hõ ẽ animal si ẽt rudibile ergo animal si est rudibile nõ est homo: quia antecedẽs ẽ verum ꝛ consequens falsum: probatur quia suum ꝯdictorium non ẽ verum. s. omne aial si ẽ rudibile ẽ hõ: vt pz per exponentes: aliquod animal si ẽ rudibile ẽ homo ꝛ nullus est animal quin illud si ẽ rudibile non sit homo. Dicitur qz ꝓsequentia sit bona ꝛ ꝓsequens est verum sicut ꝛ antecedens: ꝛ negatur qz ꝯdictoriũ ꝓsequentis sit verꝝ. Ad probationem dicit qz nõ bene sit assignata secunda exponens sz debet esse illa ꝛ nihil ẽ animal si ẽ rudibile quin illõ sit hõ ꝛ hoc est falsum: quia ꝯdictorium ẽ verꝝ. s. aliquod ẽ aial si est rudibile quod nõ ẽ homo. puta asinus. ¶Et ad instãtiam contra quintã regulã cũ arguit hec ꝓsequentia non valet: hec ꝓpositio est necessaria aial ẽ homo: que adequate significat aial esse hoiem. igitur animal esse hoiem ẽ necessarium: quia antecedens ẽ verꝝ vt pz ꝛ ꝓsequens falsum quia aial esse hominem ẽ impossibile: igitur falsũ est qz animal esse hoiez sit necessariũ ꝓsequentia bona ꝛ antecedens probat: hoc esse hoiem ẽ impossibile: demonstrãdo asinuz ꝛ hoc ẽ animal. ergo aial esse hoiem ẽ ipossibile: tenet ꝓsequentia ab iferiori ad suũ superius affirmatiue sine impedimento. Dicit ꝯcedo primã ꝓsequentiã ꝛ antecedens ꝛ consequens ꝛ nego qz aial esse hoiem sit impossibile. ꝛ ad ꝓbationem nego ꝓsequentiã ꝛ ad relatiuũ dicitur qz nõ arguit rõne totius extremi. Scõo qz arguit cuz ipedimento qz ly impossibile imobilitat illũ terminũ aial. vnde vt dictũ ẽ in vna regula ꝓñaz ab iferiori ad suũ superius imobiliter nõ valet ꝓsequentia. Et si instares qz arguit a resoluentib⁹ ad resolutã negatur hoc: qa hec ꝓpõ hoiem esse aial est ipossibile non est resolubiliter sed officiabiliter ꝓbãda. ¶Et ad instãtiam ꝓtra sextam regulã cũ arguit qz illa ꝓsequentia nõ valet. tu itelligis hoiez: ergo tu itelligis aliquid sub rõne qua est homo: quia posito qz nõ habeas intellectiões de hoie nisi simplicem. tũc antecedens est verꝝ vt pz ꝛ ꝓsequens falsuz. ꝓbatur. qz ois rõ hois est diffinitio. sed nõ i telligis aliquid sub rõne diffinitionis: quia nullam habes diffinitionez in mente vt suppono i casu: ergo ꝛ. Dicit qz ꝓsequentia fuit bona ꝛ ꝯceditur ꝓsequens sicut añs cuz dicitur ois ratio hois est diffinitio ipius. nego qñ rõ ipsius est denoiatio seu illõ ꝙ quod fit denoiatio homo: nã qz ab hũanitate denoiatur. ideo humanitas rõ ipius dicit ꝛ hec est illa ratio sub qua intelligis hoiem. ¶Septima regula tres regrit limitationes. Primo a sensu cõposito ad sensum diuisuz vel econtra: non in terminis discretis: qa i terminis discretis bene valet. vt possibile est te currere. ergo tu potes currere. possibile est antixp̃m esse ergo antixp̃m possibile est esse. Non in terminis simplicib⁹ sine impedimento alterius signi. quia in terminis simplicibus sine impedimento alicuius signi consequentia valet. quia bene sequitur possibile est hominem esse animal. ergo hominem possibile est esse animal. Si añt arguat cũ limitatiõe signi aut in terminis compositis nõ valet. vnde non segt omne animal esse est necessariũ ergo omne aial necessariũ est esse anima tua necessario est. ergo necessario aia tua est. album põt esse nigrum ergo possibile est albũ esse nigrum. Tertia ꝓsequentia est bona ipsa significante ex compositione suorum terminoꝝ precise primarie significantiũ ꝓpter subordinationem ꝛ variationez significationis. ¶Et ꝓpter hoc ꝓz ad instantiam magistri cum arguit. tu potes currere ergo possibile est te currere. ꝛ econuerso possibile est antixp̃m esse. ergo antixp̃m possibile est esse. Dicit enim qz in terminis discretis ꝛ simplicibus sine impedimento alicui⁹ signi est bona consequentia. in aliis vero non. ꝛ illud non est contra regulam ꝛ ad replicanduz cũ magister ꝓbat illaz consequentiam esse bonam album põt esse nigrum. g̃ possibile est album esse nigrum. qz sequitur album põt esse nigrum. ergo album est potens esse nigrum. tunc vltra. ergo est ens nigrum. tenet consequentia quia potens esse ꝛ ens conuertuntur. tunc vltra. ergo album est nigrum. ꝛ vltra. ergo possibile est album esse nigrum. tenet cõsequentia. qa omnis ꝓpositio de ꝓsenti infert vnam aliam de possibili de sensu composito. ergo a primo ad vltimum valet consequentia album põt esse nigrum. ergo possibile est album esse nigrum. Dicitur qz illa consequentia non valet. albũ

est potens esse nigrum: ergo album est ens nigrum. Ad pro
bationez dicit q' ly ens ⁊ potens esse materialiter quertun
tur: non tñ hoc totum ens nigrū ⁊ potens esse nigrū quer-
tunt ideo a quertibili ad cōuertibile non rōne totius extre-
mi non valet ꝓña. Et dico vlterius q' potens esse noialiter
sumptum nō quertit cum ly ens: quia antirps ē potens eē
⁊ tamen non ē ens. ⁊ in ꝓposito sumunt potens esse parti-
cipialiter. ideo non valet. Et ad instantiā ꝓtra octauam re
gulam cū arguit q' nonvalet illa ꝓña: a ꝓpositio ē va: ⁊ im
mediate ante instans ꝑsens non fuit vera: ergo a ꝓpō icipit
esse vera quia posito q' a ꝓpō in omni parte ꝓportionabili
impari hore ꝑterite fuerit vera: ⁊ in omni parī fuerit falsa:
⁊ sit nūc vera ⁊ scimus in istanti terminanti illā horam tūc
añs est vez ⁊ ꝓñs falsum q' añs sit vez ꝓ prima parte ps ꝓ
scōa ꝓbatur: quia a imediate ante hoc fuit falsum. ergo im
mediate ante hoc non fuit vez: ꝓña tenet añs ꝓbaf: añ hoc
fuit aliqua pars par. ſz qñcunqz fuit aliqua pars par a fu
it falsum: ergo imediate ante hoc fuit falsum q' ꝓñs ꝓnci-
pale sit falsum ꝓbaf: quia a nūc ē vez: ⁊ imediate ante hoc
instans fuit vez. q' imediate ante hoc fuit aliqua pars im
par. ergo a non incipit esse vez. Dicitur q' a incipit eē vez
⁊ ad argumentū nego primā ꝓñam factā quoniā nō recte
accipiunt cause veritatis sed sunt ille: a nunc ē vez ⁊ nō i-
mediate ante instans ꝑsens fuit vez: ⁊ hoc ē falsuz ꝓpter
veritatem sui ꝓtradictorii. ſ. imediate ante instans ꝑsens
a fuit verum ⁊ concedunt ista simul: imediate ante instans
ꝑsens a fuit verus: ⁊ imediate ante instans ꝑsens a nō fu-
it vez. nō tamen ꝓcedit cū prima ⁊ non imediate ante istās
ꝑsens a fuit verum. ¶ Nona regula duas requirit limi
tationes. ꝑ Prima ab activa ad passiuā ⁊ ecōuerso ē bona
ꝓña: ipsa significante precise ex cōpositione suoz terminoz
precise primarie significantiū pp subordinationez ⁊ varia-
tionem significationis. ¶ Scōa ⁊ vniformiter supponen
tium: ⁊ ꝓpter hoc soluit instantia magistri: quia non valet
promitto tibi denariū: ergo denarius promittitur a me ti-
bi: quia vbi promittā tibi denariū in ꝓfuso ⁊ nullū denari-
um tibi ꝓmittā: est añs vez ⁊ ꝓñs falsum. Silr non segtur
quilibet hō videt aliquē hoiem: ergo aliquis homo videt
a quolibet hoīe quia posito q' quilibet hō videat ꝑcise se
ipsum. añs ē verum ⁊ ꝓñs falsuz. Dicit enī q' nō valet ga
termini nō supponūt eodē mō sed in activa ly denariū sup
ponit confuse tantū. in passiua vo determinate: ſz sic debet
dicere: a me tibi ꝓmittit denarius. Silr in alia ly hoiez in
activa stat ꝓfuse tñ. in passiua vero determinate: sed ꝺbet
dici sic: a quolibet hoie videt aliquis hō. ¶ Decima regu
la quinqz limitationes regrit. ꝑ Prima a tertio adiacēte ad
scōm adiacens affirmatiue: q' negatiue nō sequit: null' hō
est currens: ergo nullus hō ē. Secūda sine termino distra-
bente. vnde terminus distrahens siue distractus dicit ter-
minus ampliatiuus ⁊ termin' transcendens ⁊ qcunqz pōt
indifferenter affirmari taz de eo qō est q̄z de eo qō non est.
Exemplū primi: iō non sequitur ille hō ē mortu': ergo iste
hō ē. ¶ Silr nō segt. Cesar ē opinabilis: g̃ cesar ē. Exem
plū scdi: iō non sequit rosa ē ens. ergo rosa est: similiter ens
in potentia ē: ergo ens in potentia ē. Exemplū tertii. priua
tio est principium: ergo priuatio est. Similiter nomen ꝑte
ritus ē terminus. ergo nomen preteritum est. Tertia condi
tio est bona ipsa significante ex compositione suorum ter-
minorum. precise primarie significantium propter subor-
dinationem ⁊ variationem significationis. Quarta vnifor
miter supponentium. ideo soluitur instantia magistri ch
mera eit terminus. ergo chimera est. Quinta extra excluſi
uas. ⁊ propter hoc soluitur instantia magistri cum arguit
quia non sequitur tantum homo est risibilis. ergo tñ ho-
mo est. quia añs est verum ⁊ consequens falsum. Dicitur
enim q' non valet in exclusiuis quia arguitur implicite ab
inferiori ad suum superius confuse distributiue. nam cum
dicitur tñ homo est in ly ē includit ens quod ē suum pri-
cipium quod stat distributiue ratione dictionis exclusiue.

u Vltimo de ꝓpositionibus hypotheticis
est dicendū modo ꝓsequi regulas assignā
do: quaz ꝓma est ista. A copulatiua af
firmatiua ad alteram eius ptem ꝓncipalem est
bona cōsequentia: non econuerso nisi gratia ma
terie: vt tu curris: ⁊ tu disputas: ergo tu disputas:
sed non sequit tu disputas: ergo tu curris ⁊ tu dis
putas: aliqñ tamen tenet gratia materie siue ter
minoz. ſ. quādo copulatiua fit ex duabus ptibus
quaz vna antecedit ad aliā tunc ab illa pte que
antecedit ad totā copulatiuā ē bona ꝓña: vt tu es
homo ergo tu es homo. ⁊ tu es animal: tu curris
ergo tu curris. ⁊ tu moueris. ⁊ notanter dixi affir
matiua. q' copulatiua negatiua ad alterā ptem
nō valet ꝓña verbi gratia nō tu es homo ⁊ tu es
asinus: ergo tu es asinus: q' añs verum. ⁊ ꝓñs fal
sum. Ex ista regula segtur q' a toto copulato ad
alteram ptem est consequētia bona: vt sor. ⁊ pla-
to currunt ergo sor. currit. ¶ Secūda regula est
ista. A pte ꝓncipali disiūctiue affirmatiue ad to
tam disiunctiuam est bonum argumentum sed
non econuerso: vt tu curris: ergo tu curris vel tu
es asinus: sed econuerso nō sequitur. q' non segt
tu curris vel tu es asinus: ergo tu es asinus. ali-
quando tamē tenet gratia materie. i. quādo dis-
iunctiua sit ex duabus ptibus quarus vna segtur
ad reliquam: tunc a disiunctiua ad illam ptem
que sequitur est bonū argumentū. vt tu es homo
vel tu es aial ergo tu es animal ⁊ tu es albus. vel
tu es coloratus. ergo tu es coloratus. Ex ista re-
gula sequitur q' a pte disiuncti ad totum disiun
ctum est bona consequentia: vt homo currit. er-
go homo vel asin' currit. ¶ Tertia regula ē ista
a disiunctiua affirmatiua cum destructione vni
us ptis ad alteraz partem est bona ꝓña. vt tu cur
ris vel tu sedes. sed tu non curris ergo tu sedes.
¶ Quarta regula est ista. A copulatiua negati
ua ad disiunctiuam affirmatiuam factā de pti-
bus contradictoris copulatiue affirmatiue ē bo
na ꝓsequentia vt non tu es homo ⁊ tu es asin' er
go tu non es homo vel tu non es asinus ⁊ econuer
so. ⁊ nota q' copulatiua affirmatiua hēt duo con
tradictoria: quorum vnum est copulatiua negā-
tiua in qua preponitur negatio. ⁊ reliquum ēvna
disiunctiua facta de partibus oppositis ipsius co
pulatiue. quare opz q' copulatiua negatiua ⁊ dis
iunctiua affirmatiua inuicem conuertantur ver
bi gratia tu es homo ⁊ tu es asinus. hz duo cōtra
dictoria: quorum vnum est hoc non tu es homo
⁊ tu es asinus: secundum vero est illud tu non es
homo vel tu nō es asinus. ¶ Quinta regula est
ista disiunctiua negatiua ad copulatiuam affir-
matiuam factam de ptibus oppositis disiuncti-
ue affirmatiue est bonum argumentum ⁊ econ-
uerso: vt nō tu curris vel tu sedes: ergo tu nō cur
ris: ⁊ tu nō sedes: ⁊ econuerso. Et ratio q' omnis

disiunctiua affirmatiua habet contradictorium p negationē ꝓpositam toti. ⁊ p copulatiuā factaꝫ de ptibus oppositis: vt tu curris vel tu sedes: huic contradicit quelꝫ istarum non tu curris vel tu sedes. tu non curris vel tu non sedes. ¶Sexta regula est ista. A conditionali affirmatiua cuꝫ suo antecedente ad ꝯñs eiusdem est bona ꝯña. vt si tu es homo tu es animal. sed tu es homo ergo tu es animal. ¶Septima regula est ista. A conditionali affirmatiua cuꝫ contradictorio ꝯñtis ad contradictorium antecedentis est bona ꝯña. vt antichristus est albus antichristus est coloratus. sed antichristus non est coloratus. ergo antixps non est albus. Et notanter dixi in ambabus regulis affirmatiua: quia de negatiua non tenent huius regule.

**¶Riua regula** quinq; limitationes requirit. ¶Prima a copulatiua affirmatiua quia a negatiua non valet vnde non sequit non tu es homo ⁊ tu es asinus: ergo tu es asinus: dato q; ly non caqat supra totum. ¶Secūda hypothetice probabili: a: non sequitur ipossibiliter tu es ⁊ tu non es: ergo tu non es dato q; aduerbium determinet totū. ¶Tertia ad quālibet partem principalē vel sibi ꝓportionabilē: quia nō sequitur tu es homo ⁊ tu es asinus vel tu es aial: ergo tu es asinus. Dicit ꝓportionabilem: quia in terminis relatiuis pp dependentiā non pōt fieri ꝯña ad partem relatiui: quia nō esset ꝯñs cum ppō non esset intelligibilis: vnde non sequitur aliquis homo currit: ⁊ plato est ille: ergo plato currit: ꝫ bene sequitur sibi ꝓportionabile: ergo plato ē aliquis hō currens. ¶Quarta ꝯña ē bona ipsa significante ex compositione suaꝝ partiū ꝑcise primarie significantiū pp subordinationē ⁊ variationem significationis: ⁊ ecōtra nō valet nisi de materia: ⁊ hoc ē cum fiat copulatiua ex ptibus principalibus quaꝝ vna antecedit ad aliā. tunc a parte antecedētis ad totā copulatiuaꝫ ē bona ꝯña ⁊ formalis: sed nō ē de forma: vt tu curris: ergo tu curris ⁊ tu moueris: tu es albꝰ ergo tu es albus ⁊ coloratus. Et ppter hoc ꝑ ad instantiā magistri cum arguit q; nō sequit aliquantū videt sor. ⁊ tm̄ videt plato: ergo tm̄ videt plato: quia añs est vex positio q; quilibet eoꝝ videat pedalem ⁊ ꝯñs falsum tenēdo ly tm̄ exclusiue. quia secunda exponens est falsa. Dico q; si ly tm̄ tenetur relatiue. in parte sicut in toto valet ꝯña. si autē aliter non ē pars eius. ideo nihil est contra regulā. ¶Regula annexa de copulato requirit quatuor limitatiōes. ¶Prima a copulato affirmatiuo: quia a negatiuo non sequitur vnde non valet non sor. ⁊ plato trahunt nauim. ergo sor. trahit nauim. ¶Secunda diuisiue tento: quia si collective tenet non valet. vnde non sequitur sor. ⁊ plato trahunt nauim ergo sortes trahit nauim: ⁊ pp hoc soluitur instātia magistri cum arguit q; nō valet sor. ⁊ plato sunt numerus binarius: ergo sor. est numerus binarius. Sili sor. ⁊ plato ferunt lapidem ergo sor. fert a lapidē quia in istis copulatum tenetur collective. tenetur autez collective qñ inest copulatum simal ⁊ non diuisim: aut quando per signum cōfusiuuz determinat. diuisiue vero opposito modo. ¶Tertia ad alteram eius partē principalē: quia non principalē non valet. ¶Quarta quia ꝯña est bona ipsa significante ex cōpositione suaꝝ ptium precise primarie significantium pp subordinationē ⁊ variationē significatiōis. ¶Quarta regula quatuor limitationes requirit. ¶Prima a pte principali disiunctiue: quia non sequitur asini sunt asini: ergo omnes homines sunt asini vel homines ⁊ asini sūt asini. quia non arguitur a parte principali: sed a parte partis principalis: ⁊ b tenēdo q; ly vel sit nota ꝓncipalis. ¶Secunda ad totam disiunctiuam. q; non sequitur: deus ē: ergo nō deus vel deus ē. dato q; ly nō cadat i totū. ¶Tertia hypothetice probabilē. q; nō segtur contingenter tu es ergo contingenter tu es vel tu non es. ⁊ dato q; hoc aduerbiū determinet totū. ⁊ sic cessat instātia magistri. ¶Quarta ē bona consequentia formalis ipsa significāte precise ex compositione suarum partium precise primarie significantium propter subordinationē ⁊ variationem significatiōis: vt sepe dictum est ⁊ econuerso non valet nisi de materia. ⁊ hoc est cum sit vna disiunctiua cuius vna pars principalis añcedit ad reliquā: tunc a disiunctiua ad partem que ē cōsequens est bona consequentia formaliter: sed non de forma vt tu curris vel tu moueris. ergo tu moueris. tu es albus vel tu es coloratus. ergo tu es coloratus. ¶Regula annexa de disiuncto quatuor requirit limitationes. ¶Prima a parte principali disiuncti. q; a parte non principali non valꝫ. ideo non segtur asini sunt asini. ergo asini ⁊ homines vel equi sunt asini. Secunda ad totum disiunctum diuisiue sumptum. q; collective non valet. ideo soluitur instantia magistri cum arguit q; non sequitur: tu differs ab asino. ergo tu differs ab homie vel ab asino. q; antecedēs est verum ⁊ consequens falsum: vt ꝑ per exponentes. Similiter non sequitur asinus est asinus. ergo ille homo vel asinus ē asinus demonstrando hominem. q; tenetur collective in omnibus his. ¶Ad quod cognoscenduꝫ nota q; collective sumit qñ determinatur per signū confusiuū vel discretū vel relatiuū. Exempluꝫ primi. tu differs a te vel a me. Exemplū secūdi: ille hō vel asinus ē asinus. volendo q; ly ille cadat supra totum subiectū. Exemplum tertii. vt sor. qui ē hō vel asinus ē risibilis. diuisiue autem tenet qñ nullo illoꝝ modoꝝ tenet. vt homo vel asinus currit. tu es homo vel asinus. Tertia affirmatiue q; negatiue nō valꝫ. ideo non sequit asinus ē asinus. ergo nō asinus vel homo est asinus. ¶Quarta fine termino officiabili. q; nō valet ad te currere segt hoiem currere. ergo ad te currere vel nō currere sequit hoiem currere. ¶Quinta ꝯña ē bona ipsa significante ex cōpositione suaꝝ partium ꝑcise primarie significantiū. ꝓpter subordinationē ⁊ variationē significationis: econtra vero non valet nisi gratia materie sicut in disiunctiua. ¶Tertia regula ser requirit limitationes. ¶Prima a disiunctiua affirmatiua: q; a negatiua nō sequitur. vnde non valet. non tu es asinus: vel tu es asinus: sed tu non es asinus. ergo tu es asinus. ¶Secunda ypothetice probabili. q; non sequit necessario tu es vel tu nō es. sed non necessario tu es. ergo tu non es. dato q; ly necessarium cadat in totum. ¶Tertia cum destructiōe vnius partis. q; aliter non valet. ideo non sequitur instantia magistri dicendo. tu es asinus vel tu nō es asinus. ergo tu es asinus. quia non destruitur aliqua pars. ¶Quarta principalis. q; non sequitur. tu es homo vel homo est asinus. ⁊ tu non es homo sed nullus homo ē asinus. ergo tu non es homo tenendo q; ly vel sit nota principalis. ¶Quinta ad alteram partem principalem. q; si ad partem non principalem non valet. q; non sequitur. tu es asinus vel tu es homo vel tu non es homo. sed tu non es asinus: ergo tu es homo. ¶Serta ꝯña est bona ipsa significante precise ex compositione suaꝝ partiuꝫ ꝑcise primarie significantiū propter subordinationem ⁊ variationem significationis. vt sepe dictum est ¶Quarta regula tres requirit limitationes. ¶Prima a copulatiua negatiua ypothetice ꝓbabili. q; si esset cathegorice ꝓbabilis non valeret. ideo nō sequitur non necessario tu es homo ⁊ tu sedes. ergo necessario tu non es vel tu non sedes. q; añs est vex cū ꝑdictoriuꝫ sit falsū. ⁊ tm̄ ꝯñs est falsum. q; quelibet pars principalis ē falsa. ¶Secunda ad disiunctiuā affirmatiuam factaꝫ de partibus oppositis. quia non valet aliter. ¶Tertia ꝯña est bona ipsa significante precise ex compositione suaꝝ partium precise primarie significantiū ꝓpter subordinatio-

uem ꝛ variationez ſignificationis. ¶ Similiter a diſiun-
ctiua negatiua hypothetice ꝓbabili: qz cathegorice ꝓbabi
li non valet: ꝛ ſic ſoluit inſtantia magiſtri: qz nō ſequitur non
neceſſario tu es vel tu ſedes. ergo non neceſſario tu nō es
vel tu non ſedes qz antecedēs eſt vez cum ꝓtradictorium
ſit falſum: ꝛ conſequens eſt falſum. vnde nota qz ſemp datur
contradictorium ipſius copulatiue affirmatiue ꝛ diſiūcti-
ue: affirmatiue ꝑ negationem prepoſitā: ſed non ſemp da-
tur ꝑ copulatiuā affirmatiuā factam de partibus oppoſi-
tis: niſi ſint hypothetice ꝓbabiles ꝛ nō cathegorice quali-
ter ſunt iſte. ¶ Tertia conſequētia ē bona ipſa ſignificāte p̄
ciſe ex cōpoſitione ſuaꝝ ptium precise primarie ſignifican
tiū: ꝓpter ſubordinationē ꝛ variationē ſignificationis: qđ
dictū eſt ſepe. ¶ Quinta regula ſer limitationes requirit.
¶ Prima a cōditiōali affirmatiua: qz nō ſequitur a nega-
tiua non ſi tu es hō tu es aſinus. ſz tu es hō. ergo tu es aſi
nus. ¶ Secūda hypothetice ꝓbabili. qz cathegorice ꝓba
bili nō ſequitur: impoſſibile eſt qꝫ tu ſis aſinus ſitu ſis hō. ſz
tu es homo. ergo tu es aſinus: dato qꝫ ly impoſſibile ca-
dat ſupra totum. Et ſic patet reſponſio ad inſtantiā magi
ſtri: qz non ſequitur. neceſſario tu es aial ſi tu es hō. ſz tu es
hō. ergo neceſſario tu es aial. vbi ly neceſſario i prima de
terminet totū: ſi autem determinaret ſolum illā partem: tu
es aial. maior ē falſa. ¶ Tertia cum poſitione ſui antece
dentis qz ſine poſitione non ſequitur: ſi tu curris tu moue
ris. ergo tu moueris. ſillr cū poſitiōe nō ſui antecedētis ſz
alieni nō valet. vnde non ſeqt: ſi tu es papa tu es ſacerdos
ſed tu es hō. ergo tu es ſacerdos. ¶ Quarta principalis
expliciti vel ipliciti: qz nō ſequitur ſi tu rides tu es letus: ſed
tu es letus. ergo tu rides. illud enim nō eſt principale an-
tecedens explicitū. Sillr nō ſequitur dicēdo niſi tu es aial tu
nō es homo: ſz tu es animal ergo tu non es hō. qz antece-
dens principale implicitū eſt: tu nō es aial ꝓpter negatio-
nem implicitā in ly niſi. ꝑ ſi nō. ¶ Quinta vl̄ ſibi ꝓportio
nabilis. qz non ſequitur: ſi antichriſtus eēt alb⁹ antichriſtus
eſſet coloratus ſz antichriſtus eēt albus. ergo antichriſtus
eſſet coloratus. qz minor ꝛ concluſio nō ſunt intelligibiles
cū nō ſint oratiōes perfecte: ſz ſibi proportionabiles. l. āti
chriſtus ē alb⁹. ¶ Serta ad poſitionē ſui antecedētis ꝑn
cipalis. qz non ſequitur: ſi tu rides tu rides. ſed tu rides ſi tu
rides. ergo tu rides. ¶ Septima conſequētia eſt bona ipa
ſignificāte p̄ciſe ex cōpoſitione ſuaꝝ partiū precise prima
rie ſignificātiū ꝓpter ſubordinationē ꝛ variationez ſignifi
catiōis vt ſepe dictū eſt. ¶ Serta regula totidez reqrit li
mitatiōes. ſ. a cōditionali affirmatiua hypothetice ꝓbabi
li cū deſtructiōe ſui conſeqntis ꝑncipalis expliciti vl̄ impli
citi ad deſtructionē antecedentis ꝑncipal̄ cōſeqntia ſigni
ficāte precise ex cōpoſitiōe ſuarū partiū p̄ciſe primarie ſi-
gnificantiū conſeqntia eſt bōa tā formalr q̄z ō forma. Et ad
inſtantiā magiſtri cū arguit qꝫ non ſeqt neceſſario ſi anti-
chriſtus eſt alb⁹ antichriſt⁹ eſt colorat⁹. ſz antichriſtus nō
eſt coloratus. ergo neceſſario antichriſtus nō eſt albus qz
antecedens eſt vez ꝛ conſeqns falluz. Dicit negādo conſeqn-
tiaz qz ſolū oz concludi illa antichriſtus non eſt albus. ex
quo ly neceſſario nō eſt ps antecedentis nec conſeqntis. Et
ad inſtantiā ſpālez magiſtri cū arguit qꝫ illa conſeqntia nō vz
ſi tu es hō neceſſario tu es aial. ſz nō neceſſario tu es aial
ergo tu nō es homo qz ꝓns eſt falſum: vt ps ꝛ antecedens
verū pro ſecūda parte patet: qz cōtradictoriū eſt falſum. ꝑ
prima pte ꝓbatur: tu es aial ſi tu es homo neceſſario ergo
ſi tu es hō neceſſario tu es animal. tenet conſequētia a con
uertibili ad conuertibile. Reſpōdet magiſter dubitando an
cōſequētia valeat an nō qz diſtinguit an ly neceſſario ſit ps
antecedētis vel conſequētis. ſi antecedētis negat conſequētiā.
qz nō ſequitur oppoſitū conſequētis: ſz oz ſic ſumi: ſz tu non es
aial: ergo tu nō es hō neceſſario ꝛ tūc conceditur conſequētia ſed
negat minor. Si vero ſit ps conſequentis conceditur conſequentiā
ſed negat conditionalis. qz equiualet huic cōditionali fal
ſe: ſi tu es hō tu es animal neceſſario. Et tūc ad argumen
tū negat conſequētia: qz nō conuertitur ille ꝓpōnes: cū in ꝓma
ly neceſſario ſit ps antecedētis: i ſcōa vō ſit ps conſequētis:
ꝛ ſic ꝑz ſolutio ad argumentū. ¶ Aduerte tamen qꝫ ſi qđ
diminute locuti ſumus in his conſequentijs: diffuſe dicem⁹
ꝓtra conſequētias. ꝛ adhuc diffuſius in tractatu noſtro quē
fecim⁹ ſupra ꝓnas Strodi: ad quē recurre ſi placet.
¶ Et ſic eſt finis huius tractatus.

## ¶ De ꝓbationib⁹ terminoꝝ tractat⁹ incipit.

Qualiter ꝓpoſitiōes illatiue ꝓbentur
preſenti doctrina dignoſcit ſatis ple-
ne. Et primo nāqz a reſolutione ē in
cohandū qua indefinite ꝑticulares ꝛ
ſingulares ō ſubō non pronomine demonſtrati
uo rationabiliter inferunt. Quelibet ergo talis
eſt taliter inferenda: vt pro antecedente ſumant
duo demonſtratiua: in quorum primo predicet
predicatum reſoluendo ꝛ in ſecundo ſubiectum
verbi gratia: homo currit ſic reſoluit: hoc currit:
ꝛ hoc eſt homo: ergo homo currit. Exemplum i
obliquo: vt hominis eſt aſinus: huius eſt aſinus:
ꝛ hoc eſt hō. ergo ꝛc. Et ita in alijs caſibus ſin-
gularis numeri dicatur. Exemplum in nume-
ro plurali vt homines currunt: hi currūt: ꝛ hi ſūt
homines ergo ꝛc. Exemplum in obliquo: vt ali
quorum contradictoriorum alterum eſt verum.
Horum alterum eſt verum: ꝛ hec ſunt contradi
ctoria: ergo ꝛc. ꝛ ita dicat in alijs caſibus ita qꝫ
ſemper prima demonſtratiua ſit eiuſdem caſus
cum reſoluēda. Secunda vero continue in rec-
to ſumat. Sed propoſitiones de vbo ampliati-
uo eodem modo probant excepto hoc qꝫ ſecūda
demonſtratiua oz eē de vbo diſiuncto verbi ſub
ſtantiui de p̄ſenti ꝛ eiuſdē de preterito vel futuro
aut alterius: vbi gratia homo currebat. ſic reſol-
uit hec currebat ꝛ hoc ē vl̄ erat homo ergo ꝛc.
Itē homo diſputabit: hoc diſputabit: ꝛ hoc ē vel
erit homo ergo ꝛc. ita qꝫ vbū ſubſtātiuū ſumptuz
ſecundo loco ſit ſemper conſimilis temporis cū
verbo reſoluende propoſitionis. Sed quando ꝑ
poſitionis reſoluende verbum principale eſt ly
poteſt contingit incipit vel deſinit. Scōa ꝓpoſitio
erit de ſecundo verbo conſimili: vt hō poteſt eſſe
albus. hoc poteſt eſſe album. ꝛ hoc eſt vl̄ poteſt eſ
ſe homo ergo. Item album incipit eſſe nigrum:
hoc incipit eē nigrum: ꝛ hoc eſt vl̄ incipit eē albū
ergo: ꝛ ita dicat in plurali vt pri⁹. ¶ Modus cō
ſimilis eſt tenēdus in ꝓpoſitionibus de extremo
copulato uel diſiuncto vt hō vel aſin⁹ currit: ſi to
tum diſiunctū eſt ſubiectū reſoluat ſic: hoc cur-
rit: ꝛ hoc eſt hō vl̄ aſinus ergo. Si autē prima ps
fuerit ſubiectū ſic reſoluit: hoc vl̄ aſinus currit ꝛ
hoc eſt hō ergo. Et ita dicēdum in illis de copu
lato ꝛ cōditionato ſubiecto: vt hō ꝛ aſinus currit
Propō ſi ē impoſſibilis eſt falſa. Item eſt dicē
dū de particulari ꝛ ſingulari reſolubili affir-
matiua ſicut idefinita: vt aliqs hō diſputat. ſor. cur-

Infinitum dupliciter sumit. s. cathegorematice ⁊ syncathegorematice. cathegorematice sūit qñ nō ꝓcedit totā ꝓpōnē. ⁊ significat idē qō ens sine fine. Syncathegorematice vo sūit qñ ꝓcedit totā ꝓpōnē. ⁊ significat q quocūq; dato pōt dari maior singulari. In plurali vo quibuscūq; datis ꝓtingit dari plura: ⁊ sumēdo illo mō ꝓbat sic exponibiliter. Exēplū in singulari. vt infinitū corp⁹ē. ꝓbatur sic. aliquātū corp⁹ē. ⁊ nō tm̄ qn maius illo ergo infinitū corp⁹ est. vel alr sic. aliquātum corp⁹ē: ⁊ duplū ad illud: ⁊ triplū ⁊ quadruplū. ⁊ sic in infinitū. ergo infinitū corp⁹ē. Exēplū in plurali. vt infinita corpora sunt. sic ꝓbatur. aliqua corpora sūt ⁊ nō tot qn plura ergo infinita sunt corpa: vl aliter sic. duo corpa sunt. ⁊ tria quatuor ⁊ sic in infinitū: ergo infinita corpora sunt. ¶ Aduerte ꝓ maiori examinatione hui⁹ tractatus q cū ꝓponit tibi aliqua ꝓpō statiz debes videre an sit mediata an ime. si iemdiata ñ pt ꝓbari q: ad sēsū vl'itellectū ē p se nota ⁊ cōtra negātes p se nota nō est āpli⁹ disputandū. Si vo media debes videre an sit affirmatiua an negatiua. si negatiua debes ꝓbare p cās veritatis aut p ꝯtradictoriū aut p singulares vt sepius dictū ē. Si vo affirmatiua debes videre an sit cathegorica vel hypothetica. si cathegorica vide primū terminū mediatū ⁊ ab eo debes ichoare ꝓpōnis ꝓbationē. q: a primo terio mediato sp inchoāda est ꝓpōnis ꝓbatio. ⁊ nō p saltū debes ꝓpōnē ꝓbare. q: sūt multe decptiōes in exponēdo ꝓpositionē nō exponibilē sed resolubilē vel ecōtra. v. g. ista ꝓpō. aliqō albū incipit cē lor. ē resoluēda rōne de ly aliquod albū ⁊ nō ꝓbanda rōe de ly icipit p cās veritatis. Appello āt primū terminū nō fm̄ sitū sed fm̄ denoiationē vt in modalib⁹ sepe mod⁹ fm̄ sitū ē vltim⁹ ⁊ tñ fz denoiationē est prim⁹. similiter in hypotheticis nota hypothetica fm̄ sitū quasi sp ē media. fm̄ tñ denominationē ē prima. facta āt ꝓbatione primi termini postea debes ꝓcedere gradatim ad aliū sigs ē. ⁊ sic donec oēs termini mediati ꝓpōnis cathegorice fuerint fm̄ exigentiā declarati. Si vo ꝓpō fuerit hypothetica. tunc vide an sit cathegorice vel hypothetice ꝓbāda. si cathegorice ꝓbanda ē. ꝓbo eā sicut dixi de cathegorica. v. g. necessario tu curris vel tu nō curris. si ly necessario cadit in totū lz ista sit hypothetica disiunctiua: tñ nō est hypothetice disiūctiue ꝓbanda lz cathegorice exponibiliter hoc mō tu curris vl'tu nō curris ⁊ nō pōt cē quin tu curras vel tu non curras ergo ⁊c. Similiter necessario ē te moueri si tu curris: si ly necessario cadit in totū: lz sit hypothetica cōditionalis. nō tñ est hypothetice cōditionaliter ꝓbanda sed more cathegorice ē. ostēdiabiliter probanda hoc mō. hec ꝓpō est necessaria. tu moueris si tu curris que adequate significat te moueri si tu curris. ergo necesse ē te moueri si tu curris. vbi vero sit hypothetica hypothetice probāda t c aut copulatiue aut disiunctiue aut cōditionaliter. ⁊ scōm q dictū ē in capitulo de hypotheticis debes iferre hypotheticā cē veram vel falsam possibilem vel ipossibilem. necessariam vel contingētez v. g. altera pars pricipalis huius disiunctiue affirmatiue est vera. ergo ꝟ ē va. ⁊ sic de alijs elige. q: nulla erit ꝓpō ꝓbabilis que tibi occurrat quā statiz iferre nō possis.

¶ Et sic ē finis h⁹ tractatus. si qd autē hic diminute diximus: ample dicem⁹ ꝓtra probatiōes terminorum.

## De obligationib⁹ tractat⁹ incipit.

Obligatio ē orō ꝓposita ex signis obligationis ⁊ obligato: vt pono tibi istam. Tu es rome: tota hec orō vocat obligatio. signa āt obligatiōis sūt iste dictiōes: pono tibi istā. Obligatū vo ē ista orō tu es rome. ¶ Due igit sūt spēs obligatiōis vz positio ⁊ depositio: quaꝝ pria ē p̄mit⁹ instādū: quasdā gñales regulas ponēdo: q̄rū pria ē ista. ¶ Oē pole tibi positū ē a te admitendū. v. g. si pono tibi istā tu es admittēda ē ēt si ponat sūt ꝯtradictoriū tu nō es. ¶ Secūda regula: oē tibi positū ⁊ a te admissū infra tps obligatiōis ꝓpositū ē a te cōcedēdū. v. g. Pono tibi istā: tu es rome. qua admissa: q: pōlis quotiēs cūq; ꝓponitur durāte tpe obligatiōis ē ꝓcedenda. Et notanter dr durāte tpe obligatiōis: q: ipso cessante nō āpli⁹ obligat rūdēs ipsū ꝓcedere. Et durat tps obligatiōis ab instāti admissiōis: quousq; dicat cedat tps obligatiōis: vel quousq; opponēs trāsferat se ad aliā materiā. ¶ Tertia regula. Oē sequēs opposito ⁊ admisso per se aut expesito cum concesso vel cū cōcessis infra tēp⁹ obligationis propositū est cōcedēdū. Exemplū primi pono tibi istā: tu es rome. qua admissa pono tu nō es parisius ꝓcedēda est: q: sequens ex posito per se: nam bñ sequit: tu es rome: ergo tu non es parisius. Exemplum secundi. pono tibi istā. ois hō ē rome: qua admissa ꝓpono tu es hō ꝓcedēda ē: q: vera ⁊ ipertinēs: deinde tu es rome iterum est concedenda. quia sequens expesito cū cōcesso: sequtur enim: ois hō est rome: tu es hō. ergo tu es rome. ¶ Exemplū tertij pono tibi istam. ois hō disputās est parisius. qua posita ⁊ admissa: propono tibi. tu es homo disputans: cōcedenda est: q: quelibet illarū est vera ⁊ impertinens. Deinde tu es parisius oz ꝓcedere q: sequitur ex opposito cū duobus concessis. Sequitur enim ois hō disputans est parisius. tu es homo ⁊ tu es disputans: ergo tu es parisius. ¶ Quarta regula est ista. Omne repugnans posito cū concesso: vel cum cōcessis collectiue vel diuisiue est negādum: ꝟz q: duo cōtradictoria nō sūt cōcedenda ab eodē i eodē tpe: sed cuilibet talis repugnantis est oppositum cōcedēdū: q: sequēs vt dicit tertia regula. ergo qlibet tale repugnans est negādum. verbi gratia. Posita ⁊ admissa ista. omnis hō currit: ⁊ cōcessa ista: tu es hō. dz illa negatur: tu non curris: ex quo suum contradictoriuz sequitur ⁊ est cōcedēdū. s. tu curris. ¶ Quinta regula est ista. Oē sequens ex posito cum opposito bene negati vel cum oppositis bene negatorū infra tempus obligationis ꝓpositum est concedēdum. Exemplū primi. pono tibi istaz. ois hō currit: qua admissa propono: tu curris: neganda est q: falsa ⁊ nō sequens. Deinde: tu nō es hō cōcedēda est: q: sequens expesito cum opposito bene negati: vt ois hō currit: tu nō curris: ergo tu nō es hō. Exemplū secūdi pono tibi istā antichristus est coloratus: qua admissa propono tibi istā. Antichristus est albus: vel antichristus est niger neganda est quelibet illarum: quia falsa nō sequēs deinde propono. Antichristus est medio colore coloratus concedēda est. quia sequitur ex posito ⁊ oppositis bene negatorū vt antichristus est coloratus: ⁊ nō est albus nec niger. Ergo est medio colore coloratus. ¶ Sexta regula est ista

Oē repugnās posito ⁊ opposito bñ negari vl̄ oppositis bñ negatorū ifra tps obligatiōis ꝓpositū ē negādū vt si i ꝓrio exēplo ꝓponaf̄ tertio loco. tu es hō negāda ē q⁹ suū ⁊tradictoriū segf̄. Silr̄ si i scdo exēplo ꝓponaf̄ tertio loco. Antixps nō ē medio colore colorat⁹ negāda ē pp eādē cām .ſ. qa suū ⁊tradictoriū sequit̄. ¶ Septia regula ē ista. ad oē iptinēs rñdēdū ē ꝼz sui qualitatē. i. si ē vez ⁊cedēdū ē. ⁊ fl̄z negādū. si dubiū dubitādū. Im ptinēs voco qō ñ segf̄ nec repugnat. vñ q̄lz istaz. tu es hō: tu curris. ē ipertinēs isti. oīs hō currit. q⁹ ñ segf̄ nec repugnat. iō si imediate p⁹ istā ois hō currit. ꝓpōit tu es hō: cōcedēda ē q⁹ va ⁊ iptinēs. ⁊ si ꝓponit tu curris negāda ē. Pertinēs ē duplex. ſ. sequēs ⁊ repugnās. vñ cōcessis istis. Ois hō currit tu es hō. tu curris ē ptinēs sequēs. ⁊ tu nō curris ē ptinēs repugnās. ¶ Ex ista rla segf̄ correlarie q̄ oē falsū nō sequēs ē negandū. ⁊ oē vez nō repugnās ē ⁊cedēdū. ꝑma ps ꝓbaf̄. si illud ē flm nō sequēs: ergo ē iptinēs vel repugnās ⁊ p ꝯns negādū. Scōa ps silr̄ ꝓbaf̄. nā si istud ē vez nō repugnās ergo sequēs vel iptinēs. ⁊ p ꝯns iuxta regulas dictas est cōcedēduz. ¶ Octaua regula est ista. Propter possibile positum non ē impossibile concedēdum nec necessarium negādum. quia nullum repugnans est concedendū. nec aliquod sequēs negandū. sed omne impossibile saltē per se ē repugnans cuilibet ⁊ omne necessarium est sequens. ergo impossibile nō est cōcedendum: nec necessarium negandū quocū q⁹ possibili posito. Cōcludo ergo q̄ infra temp⁹ obligationis quotiēscūq⁹ ⁊ quandocunq⁹ proponitur aliqua istarum: deus est: homo est asin⁹: ꝑma est concedēda: ⁊ scda neganda. Notādū q̄ duplex ē necessariū. ſ. per se ⁊ per accidens necessarium ꝑ se est illud cuius adequatum significatū nō potest nec potuit nec poterit eē falsuz: vt deus est. Necessariū per accidens est illud cui⁹ significatum adequatū nō potest eē falsū: sed potuit esse falsum vt tu fuisti: vnde solet regulariter dici q̄ omnis ꝓpositio de ꝑterito in terminis duplicibus nō depēdēs a futuro est necessaria.

¶ Silr̄ est duplex impossibile videlicet per se ⁊ per accidens: impossibile per se ē illō cui⁹ adequatū significatū nec pōt nec potuit eē vez nec poterit: vt nullus deus est. Impossibile vero ꝑ accīs ē illud cuius adequatū significatū nō potest esse verū sed bñ potuit eē vez vt tu non fuisti. Unde semp si vnū cōtradictoriū ē necessariū aliud ē impossibile ⁊ ecōtra. Intelligif̄ igif̄ regula ista ō impossibili ⁊ necessario per se: q⁹ aliqñ ꝓp possibile positū est ⁊cedendum impossibile ⁊ negādū necessariū per accidēs: vt pono tibi istā hoc istās ñ fuit demōstrādo instās pñs admittēda est: q⁹ va qua admissa certū ē q̄ illud instans ꝓteterit: ⁊ tū si ꝓpono eādē cōcedēda ē ⁊ suum oppositum negādū: nō obstāte q̄ sit factū ipossibile per accīs ⁊ suum oppositū necessariū similiter ꝑ accidēs. ¶ Ultia regula ē ista. qualibz ꝑte copulatiue cōcessa ⁊cedēda ē copulatiua cui⁹ille vel ꝯsles sūt ptes ꝓncipales: ⁊ vna ꝑte disiūctiue ⁊cessa cōcedēda ē disiunctiua cui⁹ illa ē ps ꝓncipalis. ꝓbaf̄ hoc. nā sicut ad veritatē copulatiue regrif̄ ⁊ sufficit quālibet ei⁹ ptē eē verā. ⁊ ad vitatē disiūctiue q̄ vna sit va. ita ad hoc q̄ copulatiua sit ⁊cedēda regrif̄ ⁊ sufficit quālibet ptē eē cōcedēdā. Et ad hoc q̄ disiūctiua sit ⁊cedēda regrif̄ ⁊ sufficit vnā ptē ꝓncipalē eē ⁊cedēdā. v. g. pono tibi istaz. tu es rome qua admissa sic ꝓpōif̄ eadē ⁊cedēda ē: ō inde tu es hō cōcedēda est. quia va ⁊ iptinēs. vltimo si ꝓponif̄ ista copulatiua tu es rome ⁊ tu es hō cōcedēda ē. q⁹ ptes sunt cōcesse. ⁊ ita de disiūctiua suo modo dicatur: quare ⁊c.

Tharū regulaz vitas intensius innotescat contra quamlibet illarum vnā formabo obligationem. ¶ Contra igitur ꝑmam regulam pono tibi omne possibile: si nō admittis: arguo sic. ¶ Ego pono tibi oē possibile: bene respondendo. ergo nō oē possibile: ē a te admittēdū. quod ē cōtra regulā. Si āt admittis ꝓ pono tibi ista duo: tu es: ⁊ tu nō es. si concedis tu cōcedis duo cōtradictoria: ergo male rñdeo. si negas aliquā istaz ⁊ q̄libet istarū est tibi posita ⁊ a te admissa. q⁹ possibilis ex quo posui tibi omne possibile ergo tu negas tibi positū ⁊ a te admissū: ꝑ ꝯns male rñdēs: pz ꝯña ꝑ scōaz regulā. Rñdetur nō admittēdo positū ⁊ tunc ad argumentū pono tibi oē possibile: ⁊ nō admittis oē pole: ergo nō oē pole ē a te admittēdum. nego argumentum. sicut nō segtur: pono tibi vtrūq⁹ istoruz cōtradictoriox tu es: ⁊ tu nō es: ⁊ nō admittis vtrū q⁹ istox ⁊tradictoriox ē a te admittendum: ſz solū segtur q̄ nō ē admittēdū vtrūq⁹ istorum. ita i ꝓpa ꝯña segtur: q̄ nō est admittendū omne possibile: ⁊ hoc ē vez cū quo stat q̄ oē pole ē admittēdū. Cōtra scōam regulā arguitur sic. Et pono tibi istam: tu es rome: est tibi positum: ⁊ a te admissuz: qua admissa ꝓpono tibi tu es rome negāda ē: q⁹ falsa ⁊ iptinēs: tūc arguitur sic. illa ꝓpositio ē a te negāda. ⁊ eadē ē tibi posita: ⁊ a te bene admissa. ergo tibi positū ⁊ a te admissū ē negandū: tz cōsequētia q⁹ ē syllogism⁹ resolutor⁹ ⁊ maior ē cōcessa: minor vō ē oppositū. ¶ Rñdet ad admittēdo positū. ⁊ cū ꝓponif̄ tu es rome negatur. ⁊ tunc ad argumētū nego maiorē ex eo q̄ repugnat posito. nam sequitur tu es rome est tibi positum ⁊ a te admissum ergo tu es rome: est a te cōcedēdū qō repugnat huic: tu es rome: est a te negandum. Quotiēscunq⁹ ergo ꝓponitur ista negatur. ⁊ cum dicitur ista est a te neganda itez negatur ⁊ conceditur q̄ est concedenda: ⁊ si arguitur sic: illa ē a te cōcedēda ⁊ tu negas eam er

go male respondens negatur consequentia sicut non sequitur tu concedis a propositionem ⁊ a ꝑ põ est falsa. ergo tu male respondes dato ꝙ a sit vnum falsum sequens sed in qualibet illarũ consequẽtiarũ addẽdũ est in antecedẽte: tu non es obligatus quod negatur tanquã falsuz ⁊ impertinens. ¶ Cõtra tertiam regulaz arguit sic. pono tibi istam tu curris ⁊ tu nõ curris: cẽ a te concedẽdũ: casus ẽ possibilis. qz possibile est ꝙ tu curras. ⁊ ꝙ illa tu nõ curris sit tibi posita. ⁊ a te admissa ⁊ cõsequẽter cõcedẽda. Admisso ergo casu arguo sic. Tu curris nõ est a te cõcedendum. ⁊ tu curris segtur exposito ⁊ admisso tanquã copulatiua ad alteram partẽ. ergo nõ quolibet sequens exposito ⁊ admisso est concedẽndum. consequẽtia tenet. ⁊ prima ps añs probat. Nã tu nõ curris est a te concedendũ ꝑ posituz. sed tu non curris contradicit isti tu curris ergo tu curris nõ est a te concedendum. cõsequẽtia tenet qz si vnũ ⁊tradictoriũ ẽ cõcedẽdũ reliquũ est negandũ. respõdet admittẽdo positũ ⁊ tũc ad argm̃ nego istã tu curris nõ ẽ a te ⁊cedẽdũ. ⁊ ad ꝓbationez nego mino: ẽ vz tu curris ⁊tradicit isti tu nõ curris. nõ tãꝙ falsã sed tãquã repugnãtẽ duob⁹ ⁊cessis. sequitur enim tu curris ẽ a te ⁊cedendũ: ⁊ tu non curris a te est ⁊cedẽdũ: ergo tu curris ⁊ tu nõ curris nõ sunt cõtradictoria. Si tñ fieret casus isto mõ pono tibi istã tu curris ⁊ tu nõ curris ei⁹ contradictoriũ ẽ a te ⁊cedẽdũ. admitto casuz: ⁊ ⁊cedo illam tu curris quotiẽscũqz ꝓponit. ⁊ nego ꝙ sit a me ⁊cedẽda tanꝙ repugnãs scõe ꝑti copulatiue posite. Nã segt tu nõ curris cõtradictoriũ ei⁹ est a te ⁊cedẽdũ: ergo tu curris nõ est a te cõcedendũ. ⁊ si arguit sic. tu curris nõ est a te concedẽda ⁊ ⁊cedis etiã ergo male rñdes: nego ⁊ñaz: sicut nõ segtur tu negas a ꝓpositionẽ ⁊ a ẽ vã: ergo male rñdes: sz oz addere in añte: ⁊ tu nõ es obligatus. ⁊ hoc negat tãꝙ falsũ. Contra quartaz regulã arguit ꝓbã ꝙ repugnans posito est a te ⁊cedendũ. Et pono tibi istam nihil ẽ tibi positũ: qua admissa qz pol̃is ꝓpono tibi istam aliqd ẽ tibi positũ. si concedis ⁊ bñ rñdes: ergo hẽo intẽtũ: qz illa repugnat posito. Si negas ⁊tra. ego posui tibi istam nihil est tibi positũ ⁊ ipa est aliquid ergo aliquid ẽ tibi positũ. ¶ Rñdet negãdo istaz aliquid ẽ tibi positũ: ⁊ tũc ad argm̃ nego maiorẽ. vz ego posui tibi istam: nihil ẽ tibi positum tãquã repugnãtẽ: hec. n. repugnant. nihil est tibi positũ. ⁊ posui tibi istã. Et si arguit posito repugnat tibi posito. ergo aliquid est tibi positum: negetur añs. qz repugnans ⁊ q̃lz alia ꝓpõ ad quã sequit aliquid eẽ tibi positũ. Cõsilr rñdet si ponat a te nõ eẽ admittẽdo ⁊ cõcedẽdo idẽ ⁊ si dicit. tu concedis istam vel tu bene respondes: nego quãlz talem qz ad ipsã sequit te eẽ qõ est oppositum positi. Cõtra quintam regulam arguit nã data vitate isti⁹ sequitur ꝙ admisso quocũqz ⁊tigẽti fl̃o sit qõlz aliud ⁊tingẽs falsũ. ⁊cedẽdũ ꝑbat ⁊ pono tibi istã. tu es rome qua posita ⁊ admissa: pono tibi istã tu es rome ⁊ bacul⁹ stat i angulo pz qz il'a ẽ negãda qz falsa nõ sequẽs: deinde proponit null⁹ bacul⁹ stat in angulo: si negas ergo intẽtũ ⁊tra regulã: qz sequitur exposito cuz opposito bñ negati. segtur. n. tu nõ es rome: vel null⁹ baculus stat in angulo: sed tu es rome per positũ. ergo nullus bacul⁹ stat in ãgulo. Si ergo concedit illa null⁹ baculus stat i angulo hẽo ⁊clionẽ principaliter ꝑbatã: qz sicut deducit illa ⁊ ita ⁊ quelz alia dũmõ suũ opposituz cõiũgat copulatiue cõposite q̃ copulatiua imediate p⁹ positum ꝓponatur. Rñdetur ⁊cedẽdo ⁊clusionẽ adductã immo põt idẽ falsuz ⁊ qõcũqz ẽduci: dũmõ põatur disiunctiue cũ opposito positi. v. g. pono tibi istaz tu curris: qua admissa ꝓpono tibi tu non curris vel bacul⁹ stat in angulo: aut aliquã talẽ tu es papa vel eꝑs cõcedẽda ẽ. qz vera ⁊ impertinens deinde ꝓponit bacul⁹ stat in ãgulo: oz cõcedere qa sequitur exposito cũ vno ⁊cesso: sequitur. n. tu nõ curris vel bacculus stat in angulo: sed tu curris ꝑ opposituz. ergo bacul⁹ stat in ãgulo. ¶ Cõtra sextã regulã arguitur sic: ⁊ pono tibi istã disiũcti uã tu curris ⁊ rex sedet: qua posita ⁊ admissa pono istã: null⁹ rex sedet: ⁊ pz ꝙ ẽ dubitãda qz dubia ⁊ iptinẽs. deinde ꝓpono tu curris negada ẽ: qz falsa ⁊ ipertinens. deinde ꝓpono itez illã null⁹ rex sedet. si negas vel cõcedis eã. ⁊ pri⁹ dubitasti: ergo male rñdes tz ⁊ña per vnam regulaz obligationum: quia omnes rñsiões infra temp⁹ obligationis sunt retorquẽde ad idẽ instãs. si ergo dubitas istã. ⁊ bñ rñdes illa nõ est a te negãda ⁊ tñ repugnat posito ⁊ opposito bñ negati. nã bñ segtur tu curris vel rex sedet. sz tu nõ curris: ergo rex sedet. ¶ Respondetur admittendo positum ⁊ cum ꝓponit illa null⁹ rex sedet dubitat ⁊ illa negatur tu curris ⁊ cum itez ꝓpõit null⁹ rex sedet. negat qz repugnat posito ⁊ opposito bene negati. Et cum dr̃ prius dubitasti eã ⁊ mõ negas ergo male rñdes: nõ valz argm̃. ⁊ ad regulã dico ꝙ intelligit de rñsiõibus repugnãtibus sicut est ⁊cedere ⁊ negare. Itẽ ⁊ceditur in sili casu ꝙ aliqua ꝓpõ i vno loco est dubitãda: ⁊ i alio loco est ⁊cedenda. vt pono tibi istã tu curris vel rex sedz que admissa ꝓpono rex sedet. dubitanda est qa dubia ⁊ iptinens deinde tu curris negãda est qz falsa ⁊ iptinens. Itez ꝓpono rex sedet ⁊ pz ꝙ ẽ cõcedenda. qz sequens ex posito ⁊ opposito bene negati tu curris vel rex sedet sed tu nõ curris ergo rex sedet. Contra septimam regulam arguit probando ꝙ non ad omne impertinens est rñdẽdum ꝑm sui qualitatem. Et pono tibi istã tu es rome. qua admissa ⁊ ⁊cessa: ꝓpono tu es rome in hoc instãti demonstrando instans pñs. si con

cedis hoc itentū q: ista est falsa ⁊ iptinēs cū nō sequat nec repugnet. Si vo negat ꝯtra. oē qđ ē rome in hoc instāti. sed tu es rome ergo tu es rome in hoc instāti. maio: pbat. nam oē qđ est rome ē rome i instāti pñti. sed nullū ē istās pñs nisi hoc ergo oē qđ est rome ē rome i hoc istāti. ¶ Rñdet admittēdo positū ⁊ cū ꝓponitur tu es rome i hoc istāti neget: ⁊ ad eius ꝓbationem nego maio:em. q: repugnat posito ⁊ opposito bene negati. nam sequitur tu es rome ⁊ tu non es rome i hoc instāti. ergo nō oē qđ ē rome ē rome i hoc istāti. Et ad ꝓbationē illius maio:is ꝯcedo ꝙ oē quod ē rome ē rome in instāti pñti: ⁊ nego mino:ē. s. ꝙ nullus sit instans pñs nisi hoc: qm̄ ex vno cōcesso ⁊ opposito bene negati segtur oppositū illius exceptiue sequitur. n. oē qđ est rome est rome in instāti presenti. ⁊ nō omne quod est rome ē rome i hoc istāti: ergo aliqđ est instās qđ nō est hoc qđ repugnat illi exceptiue. ¶ Et si dicit ꝙ ē illđ istās. dr̄ ꝙ stat ꝙ sit a vel b nec ē determināda nisi disiunctiue talis qđ. ¶ Contra octauā regulā arguit. Et pono tibi istā: hō est asinus est tibi positum ⁊ a te admissū. qua admissa ⁊ cōcessa: q: possibilis ꝓpono hō est asinus: vel cōcedis vel negas. Si cōcedis ⁊ bene respondes habeo intētū. s. ꝙ propter possibile positū cōcedēdū ē impossibile per se. Si aūt negas ꝯtra oē tibi posituz ⁊ a te admissū ē a te cōcedēdū: sed hō est asinus est tibi positū ⁊ a te admissū: ergo hō ē asinus: ē a te cōcedēdū ꝛña cum maio:i: q: est regula: ⁊ mino: pz: quia est positus: tunc arguitur sic: hō est asinus: ē a te cōcedendū ⁊ hō est asinus: ē impossibile per se. ergo impossibile per se est a te cōcedēdū ⁊ ꝙter necessariū p se est a te negādū: q: suū ꝯtradictoriū ē necessariū per se nō hō ē asinus. ¶ Rñdetur admittendo positū: ⁊ cū ꝓponitur homo est asinus negat: ⁊ tūc ad argm̄ cōcedo ꝙ hō ē asinus ē a te concedendū: ⁊ nego ꝙ hō est asinus sit impossibile per se tanquā repugnās vni cōcesso: sequitur eni hō ē asinus: est a te cōcedēdū ergo homo est asin⁹ nō est impossibile per se. Et si arguitur sic hō est asinus est a te ꝯcedēdū. ⁊ tu negas ipsā: ergo tu male rñdes: nego argumentuz sz oz addere: ⁊ tu nō es obligatus. ¶ Contra vltimam regulam arguitur ⁊ pono tibi istā tu es rome: qua admissa ⁊ cōcessa. ꝓpono tibi istā copulatiuā tu es rome: ⁊ tu es hō: hec copulatiua est falsa: ⁊ impertinens ergo neganda: ⁊ tñ qlibz eius pars est cōcedēda ergo non qualibet parte copulatiue concessa est concedenda copulatiua: quod est cōtra regulaz. Sed ꝓbat ꝙ quelibz pars copulatiue sit concedēda. q: prima ps est cōcedēda. qua posita ⁊ admissa: ⁊ secūda similiter: q: vera ⁊ impertinēs ergo ⁊c. ¶ Rēspōdet admittēdo positū. ⁊ cū ꝓponitur copulatiua: nego eā: ⁊ nego ꝙ quelibet eius pars sit cōcedenda: eo ꝙ secunda est neganda. ⁊ cū dicitur ꝙ est vera ⁊ impertinens concedo ꝙ est vera: sed non est impertinens. immo est repugnans quia suum contradictoriū sequitur ex posito ⁊ opposito bene negati. Nā sequitur tu non es rome vel tu nō es hō. sed tu es rome per positū. ergo tu nō es hō. Si aūt imediate post positū ꝓponeretur. tu es hō. ꝯcederē eā: quia vera ⁊ impertinēs ⁊ qñ concederem istā copulatiuam. tu es hō ⁊ tu es rome tanquā sequētē ex suis partibus cōcessis. ¶ Item arguo contra eandem regulam. Et pono tibi istaz omnis homo es rome: qua admissa ꝓpono. tu es homo. ⁊ tu es rome. hec copulatiua est neganda q: falsa ⁊ impertinēs deinde ꝓpono tu es homo. ista est concedenda q: va ⁊ iptinens. Ulteri⁹ ꝓpono alterā ptē tu es rome. ⁊ pz ꝙ hec silr ē ꝯcedēda. q: sequēs ex posito ⁊ vno cōcesso. v. g. Dis hō est rome ⁊ tu es homo. ergo tu es rome. ⁊ ita habeo intentum ꝙ copulatiua est neganda. ⁊ tamen quelibet eius ps est concedēda. ¶ Respondetur admittendo positum ⁊ negando copulatiuam. ⁊ cum ꝓponit tu es homo nego. quia repugnat posito cum opposito bene negati. quia suum contradictorium sequitur. Nam sequitur omnis homo est rome. ⁊ tu non es homo vel tu non es rome. ergo tu nō es homo. patet consequentia: quia consequens sequitur ex posito. ⁊ qualibz parte disiunctiue. ergo sequitur ex posito ⁊ tota disiunctiua. patet cōsequentia ⁊ antecedens similiter patet intuenti. quare ⁊ cetera.

**Obligatio** est oratio cōposita ex signis obligationis ⁊ obligato: vt pono tibi istā. tu es rome. ¶ Aduerte ꝙ obligatiōes sūmatiz ⁊ p modū memorie volo hic ō clarare. Si aūt vis hanc materiaz videre ample: recurre ad obligatiōes Strodi. Regulas igit mēti cōmēdādas colligā. ¶ Pria regula. oē qđ tibi positū ē a te admittēduz. ¶ Seda rla: oē tibi positū ⁊ a te admissū infra tps obligatiōis: ꝓpositū ē a te ꝯcedēdū. s. noialiter. i. dignū cōcedi. ¶ Tertia. oē sequēs ex posito p se vel cū cōcesso vel cū concessis est cōcedēdū. ¶ Quarto: oē repugnās posito p se vl cū cōcesso vel cū cōcessis ē negādū. ¶ Quinta: oē sequēs ex posito vel opposito bene negati vel oppositis bñ negatorū ē ꝯcedēdū. ¶ Sexta rla oē repugnās posito ⁊ opposito bñ negati: vel oppositis bñ negatoz est negādū pticipialiter. ¶ Septia rla: ad oē impertinēs ē rñdēdū sm̄ sui qualitatē. ¶ Octaua: pp̄ qđ positū nō ē impossibile cōcedendū pticipialiter. i. rñdēdū ꝯcedo negatiue nec necessariū negādū. ¶ Aduerte vnū ꝙ quicūq; casus possibilis fiat nunq̄ debes rñdere ad ꝓpositionē impossibilez ex auctenti ca ipositiōe ꝯcedēdo. nec ad necessariū negando lz ipossibilis sit ꝯcedēda. sed negare debes postea ꝙ sit impossibilis ⁊ similiter ex opposito de necessaria oz cōcedi ꝙ est neganda ⁊ negare postea ꝙ sit necessaria. Exēplū primi vt si ponatur ꝙ oē vigilās sit asinus: admittit casus quia possibilis. ⁊ si ꝓponitur cōceditur. Deinde ista propositio tu es vigilās oz ꝯcedi: q: iptinēs vez. Deinde ista ꝓpō tu es asinus oz negari. Et si dicit cōtra ē syllogism⁹ i darij oē vigilās ē asinus. tu es vigilās ergo tu es asinus: ⁊ añs est cōcedēdū: ergo ⁊ pñs ē ꝯcedēdū. tu negas: ergo male respon-

des. ℜñdeꝯ qꝫ ꝑñs est ꝓcedēdū: ī tu ꝓpones cū tibi rñdebo nego ꝛ nō valet ꝓña ista ē ꝓcedēdū. ꝛ tu negas: ergo male rñdes: sed ꝺꝫ ꝺici ī añte ꝛ non es obligatus. ¶ Aduerte vlterius ad instantiā ꝓtra secundaꝫ regulam. qꝛ illa ꝺat tibi modū ad ꝓbandū. qꝛ admisso qūocunqꝫ ꝓtingenti falso qōlibet aliud ꝓtingens falsū est cōcedenduꝫ ꝛ ꝺat duplicez modū ad ꝓbandū hoc. ℜꝓim⁹ ē: posito ꝓtingēti falso ꝛ admisso statim ꝓponatur vna copulatiua ꝓposita ex posito ꝛ opposito illius quod vis tibi ꝓcedi. vt si volo probare qꝫ tu habebis mihi ꝓcedere illā: nullus baculus stat in angulo: faciaꝫ sic: pono tibi istā. tu es rome: qua admissa ꝓpono tu es rome ꝛ baculus stat in angulo. ꝛ ꝑꝫ qꝫ hec ē neganda. qꝛ falsa ꝛ non sequēs: ergo oppositū ē cōcedenduꝫ scilicet tu nō es rome vel nullus bacul⁹ stat in angulo: tunc vltra: tu non es rome vel nullus baculus stat in angulo: ꝛꝫ tu es rome ꝑ positū. ergo nullus baculus stat in angulo. ꝛꝫ ꝓña a diſiūctiua affirmatiua cū destructione vnius partis ad alterā eius ꝓtez. ꝛ sic habebo intētū. ¶ Alius modus breuioꝛ est vt statim post positū ꝓponaꝫ vna diſiunctiua cōposita ex opposito positi: ꝛ ex illa qꝫ vis tibi ꝓcedi. vt in casu superioꝛi pono tibi istā tu es rome vel nullus baculus stat in angulo: illa est ꝓcedenda qꝛ vera ꝛ impertinēs. tunc sic tu nō es rome vel nullus baculus stat i angulo ꝛꝫ tu es rome ꝑ positū: ergo nullus baculus stat in angulo.

¶ In materia cōuertibilitatis ꝓpositionū ꝓponitur hoc sophisma. pono tibi istā deus ꝛ homo est asinus cōuertūtur qua admissa. qꝛ possibilis ꝓpono de⁹ est concedatur quia necessarium per se: deinde ꝓpono hō ē asinus vel ꝓcedis vel negas. si cōcedis: contra cedat tps obligatiōis ꝛ oīdo tibi qꝫ tu concessisti impossibilem per se in tpe obligatiōis: ergo male rñdes. Unde extra tps obligatiōis semper rei veritas ē fatēda. qꝛ per hunc modū apparet si rñdens bñ vel male. rñdeat in tpe obligationis. Si autem in tpe obligationis negeꝛ ista. hō est asinus. contra. deus est ꝛ hō est asinus conuertunt. ꝛ hec est cōcedenda deus est. ergo hec est cōcedēda hō est asinus ꝛ tu negas eam: ergo male rñdes. Item admisso illo casu ꝓpono: hec est vera de⁹ ē debet ꝓcedi qꝛ verꝫ ꝛ ipertinens: deinde hec est vera. hō est asinus. hec est concedenda quia sequēs. naꝫ sequitur ille cōuertuntur: ꝛ prima ē vera. ergo ꝛ secunda. ꝛ tūc sic. ista est vera hō est asinus q̄ adequate significat hominē esse asinuꝫ. ergo boiez eē asinū ē verꝫ. ꝛ per ꝑñs homo ē asin⁹. ¶ Ad primū rñdetur admittēdo casum. ꝛ cū ꝓponitur deus est cōcedo ꝛ nego istā homo est asinus. ꝛ tunc ad argumētū cōcedo qꝫ hō ē asinus est a me concedendum. ꝛ ad argumentuꝫ iꝓbans nego cōsequentiaꝫ. ꝛꝫ opꝫ addere qꝫ tu non es obligatus qō ego nego. Et si arguitur homo est asinus ē a te cōcedēdū. ꝛ hō est asinus ē per se impossibile. ergo ꝑ se ipossē ē a te cōcedēdū. nego minoꝛem tā q̄ꝫ repugnātē maioꝛi cōcesse. Eodē modo respōdetur si primo loco ꝓponatur ista. hō est asinus ꝛ a te concedendū qō cōcedereꝛ ꝛ consequenter diceꝛeꝫ qꝫ ista deus est ē a te neganda: ꝛ negaretur quod eēt necessaria per se qꝛ repugnat cōcesso. Sequitur eni deus est. est a te neganda. ergo non est necessaria per se. ¶ Ad secundā cōcedo qꝫ illa est vera homo ē asinus. ꝛ nego qꝫ ipsa significet adequate hominē esse asinum. quia repugnat maioꝛi cōcesse. Sequitur enim illa ē vera. homo est asin⁹. ergo non significet adequate hominē eē asinū. Ubi aūt primo loco ꝓponeꝛeꝫ illa hō ē asinus ē fla. ꝓcederetur. qꝛ verū ꝛ imptinēs deinde de⁹ ē: ē falsa ꝓceditur qꝛ sequēs ꝛ negatur tāq̄ repugnans qꝫ significet adequate deū eē. et diceꝛeꝫ qualiter adequate significat nō determinaꝛ hic aliqua talis qō. ¶ Notādū qꝫ si poneꝛeꝫ cōuerti deus ē ꝛ hō ē asinus. sic adequate significando. vt pri⁹ non debet admitti casus. quia eo admisso sequitur incōueniens vel contradictio ꝓbatur. Nam admisso illo ꝓpono hec est vera deus est. vel cōcedis vel negas. Si negas cōtra: illa nō est vera deus est que adequate significat deū esse. ergo deum esse non est verum qꝫ est impossibile. si autem conceditur: deinde ꝓpono: hec est vera homo est asinus: oporꝛtet concedere tanq̄ꝫ sequens: tunc arguitur sic. illa est vera homo est asinus: que adequate significat hominē esse asinum. ergo verum est hominem esse asinū ꝓsequens ipossibile. ¶ Pro aliquali ergo resp̄sione in hac materia pono aliquas regulas quarum prima est ista. Quandocūqꝫ ponitur duas ꝓpositiones conuerti adequate significādo quarum vna est necessaria ꝛ alia impossibilis nō admittitur casus iste. quia tūc ex necessario sequeꝛeꝫ ipoſe vt de⁹ ē ergo hō ē asin⁹. ꝛ demōstro ꝑ ly sic adequate significādo signicat ꝓsueta. secūda regula est ista. Quandocūqꝫ ponitur duas ꝓpositiones conuerti sic adequate significando quarum vna est possibilis ꝛ alia impossibilis non admittitur casus iste. vt si ponatur istas cōuerti sic adequate significando: tu es homo ꝛ homo est asinus non admittatur. quia tunc ex possibili seqꝫ impossibile ꝓbatur ꝛ pono casū illū: quo admisso facio istam consequētiam tu es homo ergo homo est asinus consequentia bona añdēs ē possibile ꝛ consequens impossibile. nam possibile est tē esse hominem. ꝛ hec ꝓpositio tu es homo: sic adequate significat: ergo ipsa est possibilis: ꝛ ē antecedēs: ergo antecedēs est possibile. ¶ Similiter hominem esse asinum est impossibile: ꝛ ista ꝓpositio homo est asinus sic adequate significat: ergo ipsa est impossibilis. ꝛ est cōsequēs: ergo ꝛc. ¶ Tertia regula est ista. Quādocunqꝫ ponunt ꝓpositiones conuerti: sic adequate significando: quarum vna est necessaria: ꝛ altera contingens. non admittit iste casus. vt si ponitur istas conuerti deus ē ꝛ antichristus ē futur⁹ sic adeq̄te significando. qꝛ tunc ex necessario sequeretur cōtingens: ꝓbatur qꝛ si non admittatur. ergo casus iste. ꝛ facio istaꝫ ꝓsequētiā deus est: ergo antichristus est futur⁹: illa cōsequentia est bona qꝛ arguitur ab vno conuertibili ad reliquum ꝛ ante-

cedēs ē necessariū ⁊ ꝯsequēs ꝓtingēs. ergo ꝙña ñ valet. sed ꝓbaꝫ ꝙ añs sit necessariū. nā deū eē est necessariū. ⁊ añs sic adequate significat ergo añs ē necessariū. Similiter antixpm eē ē cōtingēs. ⁊ ꝙñs sic adequate significando. ergo ꝙñs ē contingens. ¶Quarta regula ē ista. ¶Ñcūqz ponīt duas ꝓpositiones contingentes cōuerti sic adequate significando. quaꝝ vna cōtradictorie alteri repugnat nō admittatur casus ille: vt si ponaꝫ istas cōuerti sic adequate significando tu es ⁊ tu non es. qz tūc ex vno oppositorum sequīt reliquū. quorū quodlibet foret contingens: immo sequitur quot duo cōtradictoria forent simul vera ⁊ simul falsa quod non est possibile. ¶Et notanter dico cōtradictorie: qz si repugnarēt cōtrarie deberet admitti casus ⁊ dici qualibet istaꝝ eē falsam: vt tu curris ⁊ tu non moueris: he enim sic adequate significādo nō pñt eē simul vere: sed bñ simul false. ¶Loco eni cōtradictorie illa repugnare que nō possunt eē simul vera nec simul falsa sic adequate significādo. ¶Et cōtrarie repugnare voco illa que bene possunt esse simul falsa: ꝫ nō sīt vera. ¶Quinta regula est ista. ¶Quandocūqz ponitur duas ꝓpositiones contingentes conuerti sic adequate significando. quarum nulla alteri repugnat admittatur casus ille. ⁊ ad primam propositam respondeatur sicut ad impertinens. Ad secundaz vero sicut ad pertinens sequēs. v.g. pono tibi istā tu es hō: ⁊ tu curris ꝙuertūtur sic adequate significando admittaꝫ ⁊ si ꝓponitur tu es homo: cōcedatur tāquā vez nō repugnās: ⁊ ꝙñr ꝙ illa ē vera tu curris tanquā sequēs. Itē si variaꝫ ordo ita ꝙ ꝓio loco ꝓponaꝫ tu curris negaꝫ qz falsa ⁊ ipertinens ⁊ ꝙsequēter neganda est illa tu es hō. ¶Et si dicatur ista ē falsa tu curris: cōcedatur ⁊ consequēter ꝙ ista ē falsa tu es hō. ¶Sexta regula est ista qñcūqz ponitur duas propositiones conuerti sive sint contingentes sive non contingentes. nō faciendo mentionem de adequato significato. admittatur casus ⁊ ipsis positis quo ad concedere vel negare ñdeatur intus sicut extra. sed si prima ꝙcedīt eē vera vel necessaria. ⁊ secunda similiter. si autem falsa vel impossibilis: ⁊ secunda similiter. ¶Verbi gratia si ponitur ista deus est: ⁊ homo est asinus responsum est in principio sed si pono tibi istam: tu es homo ⁊ tu curris conuertuntur. admittatur. qua admissa propono tu es homo. cōcedatur. deinde tu curris negatur. Sz si dicitur: prima est vera cōcedatur: ergo secunda ē vera. cōcedo: sed tunc nego ꝙ secunda significet adequate te currere: tāquā repugnans vni cōcesso ⁊ opposito bene negati. sequitur enim tu non curris. ⁊ ista tu curris est vera: ergo non significat adequate te currere. ¶Et si arguitur sic. Ila consequentia est bona tu es homo: ergo tu curris. ⁊ antecedens est cōcedendum a te: ergo ⁊ cō sequens. concedo tunc vltra consequens est concedendum a te ⁊ tu negas ipsum. ergo male respondes. non valet consequentia. sed oportet addere in antecedente ⁊ tu nō es obligatus. ¶Notanduz ꝙ quotiēscunqz proponitur aliqua istarum consequentiarum in casu conuertibilitatis deus est ergo homo est asinꝰ: tu es homo: ergo tu curris. semper negatur quelibet istaruz: qz in rei veritate quelibet istarum est impossibilis: sed ad impossibile respondendum est intra tempꝰ obligationis sicut extra. tamen dicatur quālibet illarum esse bonam sicut semper negatur ista hō est asinus. ⁊ tamen aliquando conceditur ista est vā nā ista homo est asinus est impossibilis: sed ipsaz esse veraz non est impossibile. Similiter quelibz istarum consequentiarum est impossibilis: sed ꝙ libet illarum esse bonam non est impossinile qua re ⁊ cetera.

**Tertium** capitulum dat regulas conuertibiliū propositionum. ¶Prima regula. si ponatur duas ꝓpositiones conuerti sic adequate significādo quaruz vna est necessaria ⁊ alia impossibilis. nō admittitur casus. ¶Secunda regula: si ponatur duas ꝓpōnes cōuerti sic adequate significando. quaꝝ vna ē possibilis ⁊ alia impossibilis non admittīt casus. ¶Tertia regula si ponatur duas propositiones cōuerti quarū vna sit necessaria ⁊ alia sit contingēs nō admittitur casus. ¶Quarta regula si ponatur duas ꝓpositiōes cōtingētes cōuerti sic adequate significando quarū vna alteri ꝓtradictorie repugnat nō admittitur casus. ¶Quinta regula si ponatur duas ꝓpositiones contingentes cōuerti sic adequate significando quaruz vna non repugnat alteri. admittitur casus. ¶Sexta regula si ponatur duas propositiones cōuerti: sive sint cōtingentes sive non. non faciendo mētionem de adequato significato admittitur casus. ¶Aduerte ꝓio circa has regulas ꝙ si ponatur duas propositiones conuerti: nō ponendo adequate significando respondeatur ad' eas concedendo vel negando intus sicut extra. sed si prima concedīt est vera vel necessaria ⁊ secunda similiter. si autem falsa vel ipossibili ⁊ secunda similiter. ⁊ ratio est qz semper ab vna ad reliquā ꝙña est bona cū cōuertantur. ergo si concedaꝫ añs esse verum vel falsū necessarium vel impossibile ⁊ ꝙñs similiter dz cōcedi. ⁊ similiter si añs ē cōcedēdū ꝙ ⁊ ꝙñs similiter ē ꝓcedendū. noialiter dico ⁊ nō participialiter. non enim si ad primā dicitur cōcedendo ē opus respondere ad secūdam cōcedēdo: vt. v.g. si ponatur istas duas ꝓpositiones conuerti: deus est ⁊ hō ē asinus: non ponendo adequate significando si prima ꝓponatur ñdeas cōcedendo. si secunda negādo. Si aūt queratur an prima sit vera dicitur cōcedendo. ⁊ ad secūdā similiter ñde. si aūt vice versa quaratur an ista sit vera hō ē asinus. ñdetur negando ⁊ similiter ad secdam ñde. Si aūt admittatur aliquas propositiones cōuerti: sic adequate significādo: sicut ad primū ñdeī similiter ad secdam ñdeatur. ⁊ ad primam ñdeaꝫ sicut ad impertinentes. ad secdam vero sicut ad ptinens: vt si ponatur illas duas propositiones conuerti sic adequate significando: tu es hō ⁊ tu curris admittatur. ⁊ si primo loco ponaꝫ illa: tu es homo concedatur secunda. si aūt primo loco ꝓponatur illa: tu curris: negatur. consimiliter negatur alia si postea proponatur. ¶Aduertevlterius ꝙ quotiēscunqz ꝓponatur aliqua illarū cōsequētiarū in materia cōuertibilium. deus est. ergo homo est asinus: tu es homo. ergo tu curris. semper negatur quelibet istarū. qz in rei veritate q̄lz illarum est ipossibilis. sed ad impossibile eodem modo est ñdendum infra tempus sicut extra tamen dicatur quali-



BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

bet illarum eē bonam: sicut negatur illa homo est si asinus ꝙ tñ cōceditur aliqñ eē verā. vñ illa est impossibilis hō ē asinus: sed ipsā eē verā nō est ipoſe: silr quelz illarū ꝓñaruz ē ipossibilis. sed quālibet illarū eē bonā ñ ē ipossibile quare ꝛc. ¶ Dria regula: quādocūqz pōit duas ꝓpones eē similes nō faciendo mentionē de adequato significato respō deatur ad eas cōcedendo. negando: dubitādo infra tps sicut extra. ¶ Secūda quādocūqz ponit duas ꝓpōnes eē siles nō faciendo mētionē de adequato significato ad ꝓpositionē primā eē verā. respondeatur intra sicut extra. ꝛ ad scōm cōsequēter. ¶ Tertia regula qñcūqz ponitur duas ꝓpositiones eē similes: sic adequate significādo. quaz vna alteri contradictorie repugnat nō est casus admittēd⁹. vo co aūt cōtradictorie repugnare que nō pñt eē nec simul va nec simul falsa. ¶ Quarta regula. si ponat duas ꝓpōnes eē similes sic adequate significando ex quaz vna sequitur ꝯ positū alterius ille sunt siles in veritate: vt tibi nō ꝓcludit ꝛ tu scis tibi cōcludi. ¶ Quinta rla. qñcūqz ponunt due propositiones eē similes sic adequate significādo quaz quelibet est alteri impertinēs pñt eē similes in veritate ꝛ i falsitate ꝛ cōcedēdo ꝛ negando. vt tu es hō ꝛ tu curris. ¶ Aduerte ꝙ dubiū est circa quartā rlaz qz si ponat ꝙ ille sint similes adequate significando hō ē aial ꝛ tu curris. admittit ꝑ quartā regulā: qz vna sequit ad ꝓtradictoriū alteri⁹. sequit enim null⁹ hō ē aial. ergo tu curris. ꝛ dicitur ꝙ sunt similes in veritate. sed cōtra ꝓpono tibi illā primo loco tu curris si tu negas habes negare aliā. s. hō ē aial. qz alr ñ eēnt similes. Si vo cōcedis illā. tu curris tu cōcedis falsū. ꝛ impertinēs. ergo male rñdes. ¶ Dicit ꝓcedēdo illā. tu curris ꝛ cū dicis ꝙ ē falsa ꝛ ipertinens nego. imo est pertinēs qz sequēs. sequit enim iste sūt siles ꝛ nō pñt esse similes in falsitate. qz vna ē necessaria. ergo sunt siles i veritate. ergo vtra qz va ē. Iz enim sit va in rei veritate sequitur tñ ꝙ est va. iō dz cōcedi: vel primo loco ꝓponatur vel secundo.

Et ſimilib⁹ ꝛ dissimilib⁹ ꝓpositiōib⁹ ē dicendū. Sit ergo rei veritas ꝙ sis parisi⁹ ꝛ pono tibi istam: tu es parisius ꝛ tu es rome sunt similia ꝛ intelligēdo per propositionē eē similes ipsas esse similes in veritate vel falsitate: qua admissa propono tibi istā tu es parisius hec est concedēda: qz vera ꝛ impertinens: vt patet intuenti. Deinde propono tu es rome. Si negas ꝛ ꝓcessisti alterum similiū: ergo male rñdes. Si cōcedis ꝓpono tibi istā copulatiuā. tu es parisius ꝛ tu es rome. si negas eā ꝛ cōcessisti vtrāqz partē: ergo male rñdes. tz ꝓña ꝑ regulā primi capituli. si concedis eam cedat tempus obligationis. Et arguo ꝙ concessisti impossibile. videlicet tu es parisius ꝛ tu es rome facta obligatione possibili: ergo male respondisti. ¶ Respondetur admittēdo positū: ꝛ cū ꝓponit tu es parisius. concedo. ꝛ nego istā. tu es rome. Et cum dicit tu cōcessisti vnū similiū: ꝛ alterū negas. ergo male rñdes. nego cōsequētiā sicut nō sequitur tu cōcessisti vnū cōueniū: ꝛ alterū negas. ergo male rñdes. sed bene sequit. tu cōcessisti vnum similiū eē verū ꝛ alterū negas eē verū. ergo male rñdes. ꝛ propterea si in principio proponitur hec est vera tu es parisius concedatur ꝛ ꝙñter ꝙ hec est vera. tu es rome. ꝛ primitus negassem istam tu es rome. ideo nego ꝙñr ꝙ illa tu es rome significet adequate te eē rome. Nam sequitur tu non es rome. ꝛ illa tu es rome est va. ergo non significat adequate te eē rome. ¶ Ideo pro euidentia hui⁹ materie pono alī quas regulas. Prima est ista. ¶ Quandocūqz ponuntur due propositiones esse similes non faciendo mentionem de adequato significato respōdeatur ad easdē cōcedēdo negando vel dubitando infra tps obligationis sicut extra. vt si ponitur istas esse similes deus est. ꝛ homo est asin⁹. tu sedes ꝛ tu curris. semp cōcedatur prima ꝛ negetur secunda. ¶ Secunda regula est ista. Quādocūqz ponūtur due ꝓpōnes eē similes ñ faciēdo mētionē de adequato significato ad primā ꝓpōnez eē verā vel flaz. respōdeatur sicut extra. ꝛ ad ꝓsequenter. v. g. pono tibi illam tu es homo. ꝛ antichristus est sunt similes si ꝓponitur prio hec est vera. tu es hō cōcedatur ꝛ consequenter ꝙ ista ē vera: antichristus est. si autem primo proponitur hec est falsa antichristus est concedatur. ꝛ consequenter ꝙ ista est falsa tu es homo. ¶ Tertia regula est ista. Quandocūqz ponuntur due propositiōes esse similes sic adequate significādo: quarum vna alteri contradictorie repugnat nō admittendus est casus. vt si ponātur tales esse similes deus est. ꝛ homo est asinus: sic adequate significando rex sedet ꝛ nullus rex sedet. probatur qa si non admittatur ergo casus: ꝛ quero vtrū sit va vel falsa deus est. ꝛ si dicatur ꝙ illa sit falsa. ꝛ ipsa adequate significet deum esse: ergo deum esse est falsum. si dicitur ꝙ ipsa sit vera. ergo hec est vera homo est asinus. ꝛ ipsa adequate significat hominem esse asinum. ergo hominem esse asinum est verum. ꝛ consequens inconueniens. Et ita arguitur de contradictoriis probando duo cōtradictoria simul esse vera vel falsa. ¶ Quarta regula est ista. quandocunqz ponuntur due propositiones esse similes: sic adequate significando quarum vna vel quelibet sequitur ad contradictoriū alterius. ille sunt similes in veritate ꝛ vbi qz ꝛ quandocūqz proponuntur sunt concedende vt posito ꝙ ponantur tales esse similes adequate significando tibi concluditur. ꝛ tu nescis tibi concludi. tu non curris. ꝛ tu mouēris. probatur. nā admisso isto casu quero vtrum iste sint similes vere vel similes false. Si vere habeo intentum si falsē ergo oppositum regule est verum. videlicet tu scis tibi concludi. Tunc sic. Tu scis tibi concludi. ergo tibi concluditur illa consequentia ē bona. ꝛ antecedens est verum: ergo ꝛ consequens ē verum. ergo non est falsum. cuius oppositum cōcessisti. Et ita de alijs duobus dicatur. ¶ Quinta regula est ista. quandocunqz ponuntur due propositiones esse similes. sic adequate significando ex quarum vna sequitur oppositum alterius: ille sunt similes in falsitate. ꝛ quecunqz sit propositā semper est neganda vt posito ꝙ iste essent similes: sic adequate significando tibi non concluditur: ꝛ tu scis tibi concludi ꝛ tu es albus. tu non

es coloratus. quo admisso propono ille sunt false: si concedis habeo intentum. Si dicitur q̄ sunt vere: arguo sic tu es albus. ergo tu es colorat⁹: illa ꝓña est bona. añs ē verū p te ergo z ꝯñs. z ita duo ꝯtradictoria sūt sīl vā: qđ nō admittit imaginatio. ¶ Sexta regula est ista. Quandocūqz ponūtur due ꝓpōnes eē similes sic adequate significādo quaꝝ quelibet ē alteri iptinēs: tūc pūt eē similes i veritate z in falsitate ꝯcedēde z negāde. v. g. pono q̄ ille sint sīles sic adequate significādo: tu es hō z tu curris. Si primo ꝓponit tu es cōceda tur illa. z dicatur q̄ est vera: z consequenter cōce datur illa tu curris z dicatur ipsa eē verā. si aūt p ponitur primo loco tu curris. negatur illa. z con cedatur ipsam eē falsam z consequenter eodem modo respondetur ad illam tu es hō quare ꝛc.

p ¶ Roposītones dūr eē dissimiles qñ vna ē vera. z reliqua falsa. ¶ Pro cuí⁹ materie declaratione sit hec prima regula. Quā docūqz ponūtur duas ꝓpōnes eē dissimiles non faciēdo mētionē de adequato significato ad quā libet ꝓpositā ꝯcedēdo vel negādo. rñdeatur infra tps. sicut extra. v. g. pono q̄ ille sint dissimiles tu es homo. z tu es albus. illo posito concedatur q̄ libet illarum. ¶ Secunda regula. Quādocūqz ponitur duas ꝓpōnes esse dissimiles non facien do mētionē de adequato significato ad primo p positaz eē verā vel falsam. rñdeatur infra tps sic extra. z ad aliā dissīl'. v. g. pono q̄ iste sunt dissi miles. tu es homo. z tu es animal: quo admisso p pono hec est vera tu es hō ꝯcedat': z cōsequenter q̄ ista est falsa tu es animal. ¶ Tertia rla. qñcūqz ponūt duas ꝓpōnes eē dissimiles sic adequate significando. quarū quelz cū altera cōuertitur nō admittēdus ē casus vt hō ē. de⁹ ē vel hō currit z risibile currit. Nā si cōceditur illā eē verā hō ē oz ꝯcedere istā eē falsā de⁹ ē. z sic ab vno conuertibili ad reliquū nō valz argñ. ¶ Quarta regula. quādocūqz ponūtur due ꝓpōnes esse dissimiles. sic adequate significando. quarū vna ē necessaria z altera impossibilis vel cōtingēs tūc necessaria sp ē cōcedēda z altera negāda. vt de⁹ ē z hō ē asinus deus est z tu es. ¶ Quinta regula si ponuntur due ꝓpositiones contingentes esse dissimiles. sic adequate significando. quaruꝝ vna antecedit ad reliquā z nō econtra: antecedēs vbicūqz ꝓponitur semp ē negādum z ꝯñs concedēdū vt tu curris z tu moueris. si enim concederetur antecedens: oporteret cōcedere ꝯñs: z cōsequenter dicere quālibet illarum esse verā qđ est cōtra casū. ¶ Sexta regula. si ponuntur due propositiones eē dissimiles sic adequate significādo quarum quelibet est alteri impertinens ad primo p positam. respondeatur intus sicut extra: z ad aliā dissīlr: vt posito q̄ isti sint dissimiles. sic adequate significando tu curris: z tu es parisius. quecūqz illarum ꝓponatur: primo debet negari z alia concedi. z ita dicatur si ambe extra tempus cēnt vere, vt homo currit z tu vides quare ꝛc.

**quintum** capitulum regulas dat propositionuꝝ dissimilium. ¶ Prima regula. quādocunqz ponuntur duas propositiones dissimiles. non faciendo mentionem de adequato significato ad quālibet ꝓpositionem concedendo vel negando respondetur intus sicut extra. ¶ Scōa regula. quandocūqz ponuntur duas propositiones esse dissimiles non faciendo mentionem de adequato significato. ad primam esse veram vel falsam respōdeatur intus sicut extra. z ad aliā dissimiliter. ¶ Tertia regula quandocūqz ponitur duas propositiones esse dissimiles sic adequate significando. quarum quelibet cū altera conuertitur non admittitur casus ille. ¶ Quarta si ponuntur due propositiones esse dissimiles sic adequate significando quaꝝ vna est necessaria z alia ipolis. vel ptingēs necessaria sp est concedenda. z altera negāda. ¶ Quinta regula si ponuntur due propositiones esse dissimiles cōtingentes sic adequate significando quaruꝝ vna antecedit z non econtra: antecedens vbicunqz proponitur est negandum z consequens concedendum. ¶ Sexta regula. z si ponuntur due propositiones esse dissimiles sic adequate significando. quarum quelibet est alteri impertinentes ad primam propositam respondeatur intus sicut extra. z ad aliā dissimiliter.

r ¶ Egulas alias oppositę speciei que depositio nuncupatur sequitur assignare: quarum prima est ista. Omne depositum z admissum infra obligationis propositum semp ē negādū: vt si deponat': ista aliqs hō est rome qua admissa z ꝓposita semper est negāda. ¶ Ex ista regula sequit' q̄ nūq̄ ē admittendū necessarium p se in depositione: sed bene quolibet impossibile vel contingens. Unde negare impossibile vel cō ꝯtingēs nō ē icōueniēs: sed incōueniens foret negare necessariū p se. ¶ Secunda regula est ista oē p se añs ad ōpositū aut cū cōcessō vel cum cōcessis opposito bene negati vel oppositis bene negatorum. semp ē negādū. Verbi gratia deposita z admissa ista hō currit: si proponeretur illa hō currit negāda foret: qz antecedit ad depositū. Nā bñ sequitur iste hō currit: ergo homo currit. Itē si deponatur z admittat' ista aliquis hō non currit z ꝓponit': tu nō curris: cōcedatur: quia vā z ipertinēs: sed ꝓposita in secundo loco tu es hō negāda ē: qz cū vno concesso antecedit ad depositū. Nā sequitur tu nō curris z tu es aliquis hō ergo aliquis hō non currit. ¶ Tertia regula est ista. Omne repugnans deposito: z omne sequēs ex illo repugnante per se aut cum concesso vel cū cōcessis opposito bene negati vel oppositis bene negatorum est concedendum: verbi gratia. Depono tibi istam aliqđ aial nō currit: qua deposita z admissa ꝓpono eius ꝯtradictoriū. s. oē aial currit: hoc ē ꝯcedēdū z hoc simil'r oē aial mouet': qa sequ' ex cōtrādictorio depositi. Deinde si ꝓponi: tu es aial ꝯcedat': qz verꝫ z iptinēs. z vlterius illa; tu curris: qz sequ' ex ꝯtradictorio depositi cū concesso. sequ'. n. oē aial currit tu es aial: ergo tu cur

ris. ¶Quarta rla ẽ ista. Oẽ repugnans 2tradictorio depositi p se aut cũ cõcesso vel cõcessis opposito bñ negati vel oppositis bñ negator ẽ negãdũ vt in casu priori si ꝓponeretur ista aliqñ aial nõ mouetur aut ista tu nõ currit negaꝫ prima. qz repugnat 2tradictorio dpositi p se. Scõa vero repugnat eidẽ cũ vno 2cesso. ¶Ultima regula est ista. Ad oẽ sequẽs ad depositũ ⁊ ad oẽ ipertinẽs respõdẽdũ ẽ scõm suã qualitatẽ. v.g. depono tibi istã tu es albꝰ: qua admissa ꝓpono tu es colorat9 2cedatur. qz va ⁊ sequens ad depositũ vnde nõ ẽ icõueniens negare añs ⁊ cõcedere cõsequẽs. Itẽ si ꝓponitur ista tu es calidus cõcedẽda ẽ. qz vera ⁊ impertinẽs taz deposito ꝙ cõtradictorio depositi. Unde ꝓprie imptinens in hac spẽ obligationis: dr illud quod nõ segr nec antecedit ad õpositũ nec eidẽ repugnat nec ẽ sequẽs ad oppositum depositi nec eidẽ repugnat p se vel cũ alio vel cuz aliquibus: vt dictũ ẽ. Jõ si õponitur ⁊ admittr illa sor. currit: ⁊ ꝓponatur: plato currit: rñdeaꝫ itꝰ sicut extra: qz est propositio ipertinẽs cũ nõ se habeat aliquo dictorum modorum.

**Sextum** capitulum dat regulas depositionis. ¶Prima regula oẽ depositum ⁊ admissum infra tps obligatiõis propositũ semp ẽ négãduz. corrolariũ. Oẽ nõ necessariũ tibi vpositũ ẽ a te admittẽdũ ¶Scõa rla: oẽ p se añs ad depositũ aut cũ 2cesso vel 2cessis. opposito bene negati vel oppositis. bene negatorum sp est negandũ. ¶Tertia regula. oẽ repugnans deposito ⁊ oẽ sequẽs ex illo repugnãte per se aut cũ cõcesso aut cũ cõcessis aut opposito bene negati aut oppositis bene negatorum ẽ cõcedẽdũ. ¶Quarta regula: omne repugnãs 2tradictorio depositi per se aut cũ cõcesso. aut cũ cõcessis. aut cũ opposito bene negati aut oppositis bene negatorũ ẽ negãdũ. ¶Quinta regula. Ad oẽ sequẽs ⁊ ad oẽs ipertinẽs ad depositũ respondendum est ꝑm sui qualitatẽ. vñ ipti-nens hic dicitur ꝙ nõ sequitur ad õpositũ nec añcedit ad ipsum nec idẽ repugnat per se nec cũ alio vel aliquibus.

